



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

Secvnda Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)



CONSIDERATIO SECUNDA.

DE POENIS QUAS CHRISTI
in anima sustinuit.

PROOEMIUM



ONSIDERAVIMUS hactenus qualitates & circumstantias personae Christi patientis: reliquum est, ut persequamur speciatim poenas & tormenta quae nostri amore toleravit. Haec autem cum penè innumera sint, si ea confusim tractare & explicare conemur, facile posset usu venire, ut vix à quoquam accurate intelligerentur & ad usum converterentur: adde hoc quoque, quod ipsarum qualitas & quantitas minutim à nobis ponderetur, & examinetur, multum à vero illo affectu compassionis, gratitudinis, amoris, & aliorum quos ex sacratissima Christi passione erueri propositum habemus, absuturi simus. Quapropter iuxta institutum nostrum

quod

quod aliud non est, quam semitam ad
 maximi huius beneficii cognitionem
 patefacere, summa qua fieri poterit cum
 breuitate & facilitate, omnia quae ad
 dulcem & sapidam hanc cognitionem
 acquirendam necessaria nobis esse vide-
 buntur, inuestigabimus ac proponemus,
 initium sumendo à cruciatibus quos
 Christus in anima passus est: quia cum
 anima sit corpore multò nobilior, se-
 quitur quoque dolores eius multò ma-
 iores esse, quam corporis.

Præterea conuenientissimum & uti-
 lissimum erat, priusquam de corporis
 doloribus ageremus, paululum exami-
 nare quanti & quales fuerint ango-
 res animæ, quia non gustatur mellis in
 vase conclusi suauitas, solo exteriori va-
 sis tinctu, sed opus est vas aperire, ut
 ad degustandam plene ipsius dulcedinẽ
 detur pertingere.

Ut igitur tormentorum corpora-
 lium Christi acerbiteriam plene va-
 leamus gustare, angores animæ pri-
 mum nobis inspiciendi sunt. Et quã-
 uis in sancto hoc exercitio sensus me-
 ditantis vix aliquam partem habere

I 2 posse

posse videantur, eò quod anima ab illa
quam longissimè remota sit, & nihil
illis commune habeat: propterea tamen
nemo quantumuis simplex & rudis ter-
reatur, quia certum illū facio, quod si di-
vino auxilio magis, quā proprijs viribus
innixus fuerit, & à Deo ad sanctū ho-
opus habilis & aptus reddi medullitus
desiderauerit, non defuturam ei diu-
nam opem, imò gratiarum celestium
largitorem in via acerbissime Passionis
cum amorosa & pia anxietate se qua-
renti, inusitata cum misericordia &
more obviam esse processurum.

Nos etiam diuina ope freti considera-
tionem hanc in quinque capita distin-
guemus. In primo, considerabimus Passio-
nem, cui subiecta fuit sanctissima
Christi anima generatim: in ceteris
verò, eandem speciatim perpendemus,
videlicet, in secundo, tristitiam; in ter-
tio, pauorem; in quarto, tedium; in quin-
to denique agoniam. Quæ Passiones ab
Euangelistis his ferè verbis comprehen-
sa sunt. Coepit contristari, pauere, te-
dere, & mœstus esse: & factus in ago-
nia prolixius orabat.

Marc. 14.

Matth. 26.

Luc. 22.

DE DOLORIBVS

QVOS CHRISTVS IN
anima passus est gene-
ratim.

CAPVT I.

DVOBVS potissimum modis ratio-
nalis anima, mortali & passibili hu-
ic corpori sociata, pœnarum atque dolorũ
capax esse potest: vti rectè aduertit Diuus
Thomas: primum, quatenus est forma
corporis, & eo læso ipsa quoque per com-
passionem cruciatur: deinde per apprehen-
sionem seu ratiocinationem, quate-
nus mala imminentiã forti apprehensio-
ne, facit sibi præsentia, qua ratione crude-
lem in modum sæpenumerò torquetur &
offenditur. Nos in secunda hac considera-
tione agemus solum de doloribus, quos
Christus in anima posteriori modo passus
est: nam de priori postea differemus, quan-
do expendere cœperimus, quanti & quales
corporei dolores eius fuerint.

Duobus mo-
dis potest
anima pa-
ti.

3.p.935
art.4.

PRIMò igitur, Christiane Lector, tecũ
disquire, quas ob causas, cum Seruator no-
ster, humani generis Redemptionem sua
perpelliõne ac nece perficiendam, ordiri
vellet, ab horto, vti notant Euangelistæ,
initium fecerit: nam post Agnum Pascha-

I.
Quas ob
causas
Christus
ab horto
Passionem
suã auspi-
cari volue-
rit.

I 3 lem

DE

lem comestum, & sanctissimum Eucharistiæ sacramentum institutum, nouissimaque cœna cum discipulis habita, cum illos multis sermonibus instruxisset, atque ad charitatem & fraternum amorē adhortatus esset, ad hortum Gethsemani se contulit, ibique capit contristari & pauere. Causa præcipuæ hæ sunt.

Math. 26.

Marc. 14.

Prima est, vt ostenderet se illic passionē suam auspicari velle, vbi homo initium peccandi, & diuina mandata transgrediendi fecerat: vt vbi homo miserando lapsu propriam damnationem inchoauerat, ibi quoque, maximis suis impensis, nostram salutem ordiretur, & humanæ redemptionis firmissimum & immobile fundamentum iaceret.

Secunda est, vt, quoniam ingenti cum animi commiseratione recordabatur, hominem se totum bonis & delitijs vitæ huius tradidisse, eaque sibi in hortum, in quo suam caperent oblectationem, delegisset nostram hac ratione confunderet vilitatem & abiectiōem, & suauis quadam fraude ab huius mundi voluptatibus nos abstraheret. Nam propterea secū detulit dolores, vt videret an pluris faceret homo delicias & voluptates mundi, quam dolores & cruciatus suos, in quibus omne bonum continetur.

Tertia

Tertia est: vt quoniam homo ad imaginem & similitudinem DEI conditus est, & DEVS in anima illius suam cupit constituere habitationem, iuxta illud. Delitia mea esse cum filijs hominum: in qua tamen homo nullum ei locum relinquit: vt inquam, aduentu suo ad hortum demonstraret, se cupere esse hortum tuum, variorum dolorum arboribus & floribus confitum, in quo sanctæ animæ maximam capiunt voluptatem & recreationem, vti sponsa testatur, inquit: sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Hinc enim est quod Christus hortum ingrediens, vt pro nobis doleret, contristaretur ac sanguinem sudaret: cum rationi consentaneum esse videretur, vt ad similia facienda, vel certè ad compatiendum nos inuitaret, id tamen haudquaquam fecit, verum ad discipulos dixit: sedete hic donec vadam illuc & orem. quibus verbis indicat, se pati velle, vt nos sederemus, ad se pertinere labores, & sudores, ad nos requiem: ad se dolores & tormenta, ad nos consolationē & meritū: quia verè loquendo cruciatus Christi ab anima pia cum attentione expensi, non modò magnam voluptatem & animi tranquillitatē pariunt, sed etiam benedictionum cælestium abundantia illam replent.

NIMIS euidenter dulcissime Domine, amorem tuum manifestasti, dum oblitus (vt ita loquar) fœlicissimæ & beatissimæ habitationis cœlestis Paradisi, in qua incessanter à fœlicissimis & honoratissimis Angelicorum spirituum choris laudaris ac celebraris, voluisti vsque in terram temetipsum demittere, vt requireres miseram animam meam, tui immemorem, à Sathana captiuatam, vanis & sensualibus mundi voluptatibus immerSAM, in hac valle confusionis & fletus, & miseriarum semitis oberrantem.

CAETERVM considera hîc fidelis anima, Christum hortum ingredientem, Apostolos ad preces concipiendas adhortatum fuisse: vt demonstraret, tibi quoque si passionem suam oratione cupias penetrare, idem faciendum esse, quod ipse fecit: quoniam ex duodecim Apostolis, tres tantum assumpsit, cæteros relinquens; quos te instruxit, vt mysteriorum sacrae Passionis considerationi possis intendere, deserendos tibi esse affectus omniû rerû terrenarum, atque omnem prorsus sollicitudinem, S. Bernardi exemplo, qui in Ecclesiæ ingressu ad vas aquæ lustralis omnes cogitationes suas deponebat: & assumendos esse tres Apostolos, trinas videlicet animæ tuæ potentias, memoriam, intellectum, & volun-

voluntatem, per quas homo & Dei capax
es. Abstrahere igitur mentem atque animū
ab omnibus rebus terrenis, & Christo soli
attendere, illiusq; vestigijs in passione in-
hærere desidera.

SECUNDO considera, pœnas extrinse-
cas, & dolores intrinsecos animæ, quos
Christus tum in horto, tum reliquo Passio-
nis tempore passus est, non fuisse coactos
sed merè voluntarios, hoc est, illum à ne-
mine ad illos sustinendos impulsū seu
constrictū fuisse, sed spontanea volun-
tate tolerasse, quemadmodum Propheta
inquit: *Oblatus est, quia ipse voluit;* quod et-
iam indicare voluit Evangelista, quando
ait: *Cœpit pauere & tedere,* quasi nemo il-
lum cogere potuisset, nisi ipse pauere & te-
dere primum cœpisset. Idem ex illis sancti
Ioannis Evangelistæ verbis colligitur,
quando Christus inquit: *Ego pono animam
meam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam
à me ipso.* quod perinde est ac si dixisset. Po-
teram ego, anima ingrata, fili inobediens,
ab his supplicijs liber esse, poteram non o-
nerare me tot doloribus & cruciatib⁹, po-
teram non tollere in humeros meos gra-
uem illam tuorum scelerum, quæ summas
mihi molestias & afflictiones crearent, sar-
cinam: poteram sanguinem meum non
effundere, & nihilo seciùs, non requisitus,

II.

Dolores
Christi fue-
runt volun-
tarij.

Isai. 53.

Marc. 14.

Ioan. 10.

spontanea voluntate, ob tui amorem, pro te indignissimo & ingratiſſimo, qui hos meos sudores & cruciatus nihili æſtimaturus eras, pròptus ad Paſſionem me obtuli.

2. p. 9. 13.

Christus
ſubiectas ſibi
habuit
ſuas paſſio-
nes.

CONSIDERA hîc acerbitatem dolorum Christi, quia uti S. Thomas & alij docent, quamvis, uti verus homo, eadem illi inſent paſſiones, quæ cæteris hominibus: at tamè propter abſolutiſſimum dominum, quod pars eius ſuperior habebat in inferiorem, nõ poterat ab ijs moleſtari, niſi vellet, & quantum, & quomodo ei placitum eſſet, quod nos facere nequimus. Ita ut Christus cum poſſet non pati, nihilominus permiferit, ac facultatem dederit, timori, melancholiæ, triftitiæ, tædio, atque omnibus alijs paſſionibus afflictivis, ut ſe adorirentur atque pro libitu cruciarent.

QUIS hic non ingenti pudore ſuffundatur, ob ſuam mollitiem & dormitantiam? Quis deinceps non erubeſcet fugere labores, crucem horrere, & conſolatiunculas terrenas quærere; dũ conſpicatur Chriſtum à ſe noſtra cauſa omne ſolacium abdicare, laboribus & cruciatibus ſemetipſum offerre, & promptiſſimè Crucem amplecti? Quis non totus in dulcedinem reſoluatur & liqueſcat, ſagrantiſſimi huius amoris conſideratione. Eia igitur, anima mea, noli ultra labores ſubterfugere,

gere, noli crucem abicere, quandoquidem Christus tui amore omni solatio se priuauit, & spontanea voluntate, summa cum animi promptitudine, pœnis atque tormentis se subiecit.

TERTIÒ expende tecum, immenso amori, quo Christus homines complectebatur, iuxta illud S. Ioannis. *Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* causam adscribendam esse, quod dolores eius multò fuerint maiores atque acerbiores: quoniam ardentissimo erga hominem amore flagrans, quoad se, propter amoris magnitudinem, fuisset promptissimus in tormentis ad diem vsque iudicij perseverare: Vt igitur amori huic satisfaceret, cum extensione id facere nequiret, propterea quod nosset aliter à Deo Patre decretum esse, voluit hoc ipsum, dolorum suorum intentione cõpensare: ideoq; ab ijs multò intentius atq; acerbius, affligi & torqueri se passus est. Quam autè vehemens fuerit desiderium patiendi in Christo verbis illis euidenter monstratur, quando ait. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur.* quibus ostendere voluit, omne momentum sibi nimis longum videri, quãdiu Passioni suæ destinatus dies nondum adesset.

QUARTÒ reuolue tecum: Dolores sanctiss. Christi animæ tales atque tam ingentes fuisse

III.

Amor Christi
si quo nos
complexus
est auxit
dolores eius.
Iou. 13.

Luc. 22.

Dolores
Christi si-
miles fue-
runt dolo-
ribus femi-
nae parturi-
entis.

fuisse, vt non immeritò, comparari queant angustijs feminae parturientis: quoniam inter prima, quae Christo in hoc sacratissima Passione suae negotio, se obtulerunt, fuit finis, in quem intendebat: is autem erat, vt omnes homines quantum in se esset, pareret, regeneraret, atque in salutis semitam dirigeret: hinc etenim in sacris literis, non modò Patris, vt in *Esai. 9.* *Pater futuri saeculi*, sed etiam Matris titulo insignitur; nam in Apocalypsi de illo dicitur. *Apocal. 12.* *Ecce signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat.*

Esai. 9.

Apocal. 12.

Galat. 4.

Christus in
cruce nos
peperit.

CONSIDERA hic, quod si sanctus Paulus propter labores, curasque & sollicitudines ingentes, quibus hominum salutem promouere, eosque in Christo regenerare contendebat, mulieri parturitioni proximae, his verbis se comparauit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis:* vt significaret, amorem, labores, molestias atque fastidia, quae in similibus negotijs interuenire solent, adeò ingentia esse, vt dolor partus non iniuria assimilari queant: multò iustius idè de Christo affirmari poterit: qui per Crucem & supplicia sua, regeneraturus & pariturus erat

erat ad æternam vitam, non vnicum tantummodo filium, sed innumerabiles quoad meritorum suorum sufficientiam: & multa millena, quoad eorundem efficaciam. Hinc est quod sancti Doctores aiunt, Christum Seruatorem nostrum in Cruce, formosę Rachelis typum gessisse, quando quidem nos moriendo parturiuit: & nos rectè appellari Bennoni; id est filios dolorum eius.

QUINTÒ aduerte Christi dolores multò grauiores & acerbiores redditos fuisse, ex consideratione seu forti apprehensione suppliciorum imminentium. Nam clarè cognouit, atque intuitus est omnia quę passurus erat: hæc autem consideratio passionem & dolores eius vehementer auxit & aggrauauit: quia secundum mali & periculi ingruentis apprehensionem solent homines magis vel minus contristari & metuere. Vnde fit, vt nonnunquam obiectum aliquod magni alicuius mali impendentis pro exiguo apprehendant, & modicum inde dolorem atque timorem sentiant: Et è contrario obiectum aliquod leuis atque minuti mali pro magno apprehendant, & ingentem dolorem atque incerorem capiant. At Christus in sua consideratione seu apprehensione, quoad obiectum, falli non potuit, quia representa-

runt

V.

Dolores Christi fuerunt grauissimi propter viam tormentorū, quę passurus erat apprehensionem.

Christus ante passionē habuit plenam notitiā de

suorum sup-
pliciorum
qualitate &
quantitate

runt se imaginationi eius omnia mala que passurus erat, in ea quantitate & grauitate, qua ei euentura erāt: summa cū attentione & sapientia considerauit, nō modō quoad rerum essentiā, verum etiā quo ad omnes circumstantias & partes earū. Cum ergo malū quod passurus erat, grauissimum, & omnibus alijs mundi malis acerbius esset, similem quoque de illo cōceptum habuit. Ex quo conijce, quales fuerint dolores & angustia, quas sanctissima Christi anima propter intimā hanc cōsiderationē sensit.

Christus de
omnibus
mundi pec-
catis supra
modum do-
luit.

SEXTO considera, Christo suae Passio- nis campum siue palæstram ingrediente, vnum è præcipuis & maximè acerbis, quos Christi anima tum sensit cruciatibus, fuisse dolorem peccatorum, non suorum, quæ in ipso nulla erant, nec esse poterant: sed nostrorū, quæ singulatim sibi representauit, & de omnibus indoluit, tali dolore, vt S. Tho. affirmet, in Christo dolorē hūc multo maiori cū intentione & excessu extitisse, quam vllō vnquam tēpore, in quocunq; alio quantacunque sanctitatis & poenitentia homine fuerit: idq; quatuor ob causas.

3. p. q. 6.

I.

Prima est, quia non de vno tantum scelere, nec aliquibus, sed de omnib' mūdi sceleribus præteritis, præsentibus & futuris, quæ omnia imaginationi eius se præsentarunt, simul doluit.

Secunda

CONSIDERATIO II. 139

Secunda, quia præ cæteris omnibus clari² & manifestius agnouit, quid esset peccati grauitas, quidque ingratitude, offensa, & iniuria quæ Deo per illud irrogatur. 2.

Tertia, quia nemo illo accuratius considerare, & attentius secū examinare potuit motiua, quæ voluntatem ad odium & detestationem peccati possent inflammare. 3.

Quarta, quia maiore ad hoc efficiendum gratiâ & specialia Spiritus S. auxilia percepit. Si ergò dolor peccatorum, uti fuse probat S. Iohannes Chryf. maior esse debet, quam quis imaginatione assequi valeat: cogita, quantus fuerit dolor, quæ Sanctissima Christi anima tolerauit. Præter supradictâ peccati grauitatem, præsentauit se insuper meiti eius, & vidit clarissimè, uti SS. Patrum nonnulli affirmant, turpissimâ peccati deformitatē, qui aspectus supra modū afflixit & auxit dolores sanctis. animę ipsius: quandoquidē vidit primò fœdissimam peccatorum deformitatem, quemadmodū per Prophetā ait: *denigrata est facies eorū super carbones. vidit immensū atq; intolerabile fœtorē: Putruerunt & corrupta sunt cicatrices mea. vidit esse fel amarissimū, & draconis venenatissimi. Vna fellis & betri amarissimi, fel draconum, & venenum aspidum insanabile.* Peccati deformitas quāta sit. 4.
Hom. 5. ad populum.
Ihren. 4.
Psal 37.
Deut. 32.
Psal 37.

vidit esse ruinam & euerisionem totius hominis: *Non est sanitas in carne mea*

psal.

cunda

à facie iræ tuæ, non est pax osibus meis, à facie peccatorum meorum. vidit esse infinitam malitiam, immensum defectum, inextricabile chaos, interminatam mortem. Denique vidit nihil esse horribilius, nihil abominabilius, nihil tetrius, nihil monstruosius. Adde quod Christus Seruator eodem tempore intuitus fuerit peccatum vt sibi aliquo modo nociuum: quia vidit peccatores sanctissimis humeris suis, omnia scelera, veluti sarcinam grauissimam imposuisse, iuxta illud: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitates suas*: pro quibus oblaturus erat semetipsum DEO Patri in victimam & holocaustum: quodque DEVS Pater in se, veluti omnium totius mundi peccatorum personam gerente, illa puniturus esset morte atrocissima, quemadmodum olim per Isaiam prædixerat: *Propter scelus populi mei percussi eum*. Ex quibus an imaduerte, Christiane Lector, quanti cumuli internorum dolorum, sanctissime Christi animæ ex intimo aspectu, & clara consideratione, tot malorum, detrimentorum, & ruinarum, quæ propter mundi scelera, eo tempore illi se præsentabant, accesserint.

Psal. 128.

Isai. 53.

CONSIDERA præterea, te non paruum his doloribus & cruciatibus Christi, scelerum tuorum enormitate, ac deformitate causam

causam præbuisse. O pia & fidelis anima rimare hæc aliquantò profundius, vt palpate possis obligationem qua ei deuincta es. Vide quam rectè Christus de tuis detrimentis, exactissimè sibi cognitis & perspetis, doleat, dum tu ob periculosam dormitantiam, ea vel non perpendis, vel irrides. Aduerte quanta te constringat obligatio despiciendi & detestandi temetipsam quæ tam immaniter, ante etiam quàm cõdita esses Redemptorem tuum, qui malitiam & ingratitude tuam probè exploratam habebat, secumque ponderabat, affixisti. Cogita quantoperè Christum diligere tenearis, qui cum esses inimica illius innumeris te beneficijs ornare non destitit. Offer denique temetipsam liberali oblatione amantissimo Christo tuo, qui in medijs etiam doloribus te vocat, te querit, non vt affligat, neque vt cruciet; sed vt quam benignissimè & humanissimè tractet, verisque & solidis consolationibus repleat.

SEPTIMÒ expende tecum; Dolores internos sanctissimæ Christi animæ fuisse grauissimos propter compassionem, qua omnibus omnium hominum afflictionibus, malis, cruciatibus, atque miserijs compassus fuit: quas tunc non modò singulatis sibi præsentauit, sed etiam in se deriuauit

VII.

Christus omnium hominum miserijs summo eum dolore compassus fuit.

K uit

uit atque per intentissimum compassionis affectum ad eò efficaciter, sentire voluit quasi essent suæ, ac sibi propriæ, & quasi caput membrorum suorum dolorem perciperet. Cæterum ut apertius intelligatur, quam ingens & excessiua fuerit hæc Passio: considerandum *primò* est: compassionem esse dolorem per passionis alterius: & oriri ex sympathy quadam quæ est inter cõpatientem & personam afflictam: quanto autem maior est pœna, tanto aptior est ad generandam maiorem compassionem. *Secundò* cõpassionem requirere plenam notitiam, & vehementem apprehensionem mali alterius quia mirandum non est, eum qui vel alterius afflictiones attentè non aspicit, vel parùm curat, vel certè non cõsiderat, quod sæpenumero accidit hominibus, ad cõpassionem hauquaquam commoueri; at non eadem ratio fuit in Christo. *Tertio*, compassionem supponere amorè, quia peregrini & hostes non facillè commiseratione tanguntur, quemadmodum cernere licet in homine illo à latronibus inter Hierosolym & Hiericho, sauciato ac semiuiuo relicto: quod etiã quotidie in mundo usu venire conspiciamus: quia amor assimilat sibi rem amatam, seq; in illam transformatur: ac proinde quoties dolorum illius recordatur, ingentè animo maiorem capit: quoniam amori maximè proprium est, amati affectus induere.

Cum

Quid sit cõ-
passio & in
quibus po-
tissimum
consistat.

1.

2.

3.

Cum igitur in Christo omnes supradictæ conditiones, sūma in perfectione fuerint: sympathia propter eandē quā nobiscū habebat naturam: malorū & pœnarum nostrarum notitia, quoniā eas accuratissimè peruidebat atque immenso lumine suo cōprehendebat: amor deniq; infinitus quo vti dictum est, nos cōplectebatur: hinc cōijce, quā efficaciter commota fuerint omnia sanctiss. viscera eius ad summū cōpassionis dolorē, per quem sensit & expertus est Martyrū cruciatus, Confessorū pœnitentias & vitæ austeritates, afflictorum mœrores, infirmorū fastidia, atq; vt summatim dicā, omnem p̄sillum & magnum cruciatum, idq; non aliter ac tu sentires, si oculus, manus, pes, aut aliquod aliud corporis tui membrum læderetur. Considera deinde si quis per vniuersum terrarum orbem te duceret, & nihil aliud tibi ostenderet, nisi loca oppleta infirmis, claudis, paraliticis, tristibus, afflictis, alijsque similibus, quam ingens esset afflictio tua? quomodo fieri posset, vt ad eō miserandū spectaculum sine summo cordis mœrore atq; dolore valeas intueri, nisi forsità omni bestia sis inhumani or? Idē accidit Christo in hac humanarū miseriarum inspectione & consideratione: ex quo colliges quā acerbifuerint intrinseci ei⁹ dolores atq; angustię.

In Christo fuerūt omnes conditiones ad perfectam cōpassionem requisitæ.

K a Per

PERPENDE præterea, si mater filio, frater fratri, sponsa sponso, amicus amico, similis simili compatitur, quando illum in tormentis positum videt: & si s. Paulus charitate Apostolica motus, omnium infirmitates sentiebat, iuxta illud: *Qui scandalizatur & ego non vror? quis infirmatur & ego non infirmor?* quid de Christo dicendum erit? qualem censebimus fuisse illius compassionem erga omnes homines membra sua, quibus, supradictis omnibus vinculis coniunctus, id est, quorum pater, mater, frater, sponsus, amicus, socius, &c. idque modo eminentissimo erat? Necesse est confiteri, inexplicabiles fuisse dolores eius, & compassionem illius infinitam, immensam, ineffabilem.

2. Cor. 11.

VIII.

Interni dolores Christi fuerunt imago peccatorum infernalium
Psal. 17
Quatuor inter nos dolores patitur damnati.

OCTAVO considera, tales fuisse internos Christi Domini tui dolores, quando tempus Passionis eius appropinquavit, ut non immerito potuerint appellari, imago peccatorum infernalium: hinc enim est, quod Propheta in persona illius inquit: *Dolores inferni circumdederunt me.* Quod ut evidentiùs fiat, notandum est, damnatos in inferno, quatuor præcipuè dolores intrinsecos perpeti.

1.

Math. 13.

Primus est, summa tristitia de malo præfenti, amarissimo fletui & lachrymis coniuncta, dicente Salvatore. *Ibi erit fletus & stridor dentium.*

Secundus

Secundus, timor sempiternus, iuxta dictum illud S. Iob. *Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* 2. Iob. 10.

Tertius, tædium ineffabile, ex absentia & priuatione omnis boni atq; solatij profectum, vti manifestè cernimus in diuite illo Epulone, cuius S. Euangelium meminit: quod etiam significare volunt verba illa: *Ligatis manibus & pedibus*: quibus innuitur occlusas esse illis portas omnium consolationum. 3. Matth. 22.

Quartus est, agonia continua, promanās ex assiduo rancore, & verme conscientie, incessanter illos remordente & cruciante, iuxta illud: *Vermis eorum non morietur.* 4. Isai. 66.

Dico igitur in Christo fuisse imaginem quandam horum dolorum, qui (licet à differentibus causis orti) afflixerunt & cruciarunt sanctissimam illius animam: non quidem ea vehementia, qua damnatos: vti rectè aduertit D. Thomas, & ratio ipsa confirmat: sed ita, vt optimo iure potuerint damnatorum tormentis comparari, eò quod fuerint in gradu intensissimo: nam idcirco Christi Passio appellatur excessus. 5. part. 1. q. 46.

DIXI autem hos dolores nominari posse imaginem pœnarum infernalium, quia falsa & hæretica est Caluini opinio, aliorumque hæreticorum, qui (referente Cardinale Bellarmino) impiè asseuerant Lib. 4. de christ. 1. 3.

Christum ab ingressu in hortum, usque ad
Passionis exitum, pœnas inferni tolerasse
& beatifica visione priuatum fuisse; quæ
est hæresis & blasphemia prorsus detesta-
bilis: in qua confutanda cum non sit no-
stri muneris ac propositi immorari, re-
linquemus eam curam alijs, quorum non-
nulli hoc ipsum magna cum laude ac eru-
ditione præstiterunt; & veniemus ad dolo-
res, quos sanctissima Christi Seruatoris no-
stri anima speciatim sustinuit, expédédos.

DE INGENTI TRISTITIA
quam Christi anima perpeffa
est.

CAPVT II.

Quid sit tri-
stia & v-
de oriatur.
S. p. 9. 1.
et. 6.

TRISTITIA est passio vehementer af-
fligens animam, quam occupauerit.
Proficiscitur autem vt plurimum (D. Tho-
ma confirmante) à subita & vehementi i-
maginatione mali alicuius ita certò impé-
dentis, vt euitari nequeat: estq; tantò ma-
ior, quantò malum grauius atq; acerbius,
& eiusdem mali notitia clarior est. Porro
tristitia quæ sanctissimam Christi animam
inuasit, tam ingens fuit, vt post damnato-
rum mœstitiam nulla possit inueniri aut
cogitari maior, quemadmodum ore pro-
prio testificatus est dicens: *Tristis est anima
mea vsque ad mortem.* idque propter magni-
tudinem

Maxima
fuit Christi
tristitia.
Matth. 26.

CONSIDERATIO II. 147

ac multitudinem tormentorum, quæ sibi inuitabiliter cernebat imminere: præfertim cum ex alijs causis quam plurimis quæ illam augere solent, aucta & aggrauata fuerit: quarum hæc potissimæ sunt.

PRIMA fuit, acerbitas dolorum, pœnarum ac tormentorum, quæ certissimò atque indubitato se passurum prævidebat: quæ, quoniam omnia & singula sibi præsentauit, distincteque inspexit, tanto maioris & tristitiæ causam ei suppeditarunt, quanto clarius & profundius eorum asperitatem, numerum, & diuersitatem penetrauit: & cum essent ex se grauissima, idonea quoque erant, maximum ei adferre animi mærorem, tristitiamque inexplicabilem.

SECUNDA fuit, contumeliosa mors: quod nimirum videret, se tanta cum ignominia & iniuria, ex hac vita, quæ omnibus hominibus adeò cara est, vt pro illa conseruanda, eorum etiam quæ imaginatione fingi possunt, pretiosissima, nullam habeant ratione, esse tollendù. Quod si homo sapiens & fortis magni debet æstimare vitã suã, propter communẽ quã homines ex ea capiunt vtilitatem: in quanta debuit Christus illã æstimatione habere, qui probè nouerat, suũ meritũ, valorẽ, vtilitatẽ, & cõmoda quæ omnib' præstabat hominib'.

K 4 Quare

I.

Acerbitas tormentorum quæ passurus erat auxilium Christo tristitiam.

II.

Consideratio mortis auxilium Christo tristitiã.

Quantam debuit illius rationem ducere cum exploratum haberet quāto perē propter vnionem, qua personę Verbi coniuncta erat, illustraretur ac sublimaretur? Horum igitur certa notitia, simulque iniurię quę per mortem adeo ignominiosam tantę dignitatis personę irrogabatur, ineffabili eum tristitia replebat, vti verba illa supradicta demonstrant: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* quę verba, testante S. Augustino aliud nihil innuunt: quàm adeo ingentem fuisse animę illius mœrorem vt parum à morte abfuerit.

Matth. 26.

In Psal. 86.

III.

Exiguus fructus quē pauci ex morte Christi relaturi erāt, auxit eius mœrorem. Psal. 29.

TERTIA fuit, exiguus fructus, quem præuidebat plurimos è sacratissima Passione sua nullum esse percepturos: nam paucissimi futuri erant, qui medio ad salutem efficacissimo vterentur: ad quod forsitan Dauid respexit, quando in persona Christi ait: *Qua utilitas in sanguine meo dum descendendo in corruptionem:* quasi nimirum doleret, preciosissimum sanguinem suum in tanta abundantia profusum, multis propter ipsorum malitiam, paruam utilitatem esse allaturum.

CONSIDERA hic Christum Seruatorē vna ex parte intuitum fuisse infinitū sanctissimę Passionis suę meritum: & quod vnica tantum sanguinis sui gutta sufficientissima esset ad satisfaciendum pro sceleribus

rībus totius mundi, atque infernum si ad hoc ordinata fuisset, omninò euacuādum: quodque nihilò minus voluerit eum in tanta abundantia, exquisitissimis supplicijs effundi, vt per illum omnes vitam multò abundantius acciperent, iuxta illud, *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeāt.* Ioh. 10.

Ex altera verò parte conspexisse ingentem numerum hominum, qui propter malitiam, negligentiam, peruersitatem, & obstinationem suam, singulare hoc beneficium & remedium, quod ad gloriā & salutem eorum ordinabatur aspernaturi, atque ex eo maioris potius damnationis occasionem sumpturi essent. Cogita ergò, quantò excellentius erat beneficium quo illos decorabat, quantoque maior erat malitia & ruina eorum: tantò maiorem fuisse Christi mœrorem atque tristitiam.

QUARTA fuit, maxima ludæorum ingratitude, obstinatio, atque perfidia: quia cum ex vna parte cōsideraret sanctitatem, puritatem atque venustatem suæ personæ; dignitatem vitæ; innumera beneficia quibus populum hunc affecerat, quæ totidem amoris incētiua ei esse debuerant: & ex altera parte cerneret illos pro gratitudine & honore, quem rependere illos tali personæ oportuerat, odio immanissimo succensos, rabie infernali stimulos, inuidia de-

IV.

Ingratitudo
ludæorum
tristitiam
Christo cum-
mulauit.

testabili armatos, sine vlla causa, illam esse
se crudelem in modum persecuturos &
tractaturos: nec non terribiles contra
se voces, non secus atque aduersus publi-

Ioh. 18. 8. cum latronem emissuros: *Tolle, tolle, cru-*

19. *cifige eum. Non hunc, sed Barrabam.* quod-
que dum ipse vehementi salutis eorum
desiderio flagraret, illi è contrario arden-

Matth. 27. tissima sanguinis sui effundendi cupidi-
tate tenerentur: *Sanguis eius super nos, &*

Odium Iu *super filios nostros.* Hinc faciliè quivis po-
dzorum in test intelligere, qualis fuerit Christi li-
Christum. beratoris nostri mœror, cum cerneret

ab illis ingenti se odio prosequi, à qui-
bus summè diligi merebatur: atque o-
dium in personam suam sanctissimam
esse tale; vt non modò fecerit Barrabam
hominem sceleratissimum & latronem
publicum, ipsi DEO & ipsi innocentia
præferri; sed etiam illud odium quo me-
ritò homicidam & latronem illum pro-
pter scelestas facinora sua prosequi debue-
rant, conuerterit in amorem adeò in-
gentem, vt ei vitam donare non dubitave-
rint, Christo verò eandem iniustissimè
per summum scelus ademerint.

V.

Considera-
tio ruinae
populi

QVINTA fuit, quod prævideret ex-
tremam ruinam & exterminium tum
temporale, tum spirituale, populi Israe-
litici; qui tantopere dilectus, totque

be

CONSIDERATIO II. 151

beneficijs à D E O decoratus fuerat; propter quem, ut à sæuo Aegyptiacæ tyrannidis iugo eximeretur, admiranda & omnibus retrò sæculis inaudita signa ediderat, tutamque Aegyptum terrore ac metu compleuerat; cui viam per medium aquarum rubri maris parauerat; quem in solitudine inaccessa, manna cælesti nutrierat; populi ex omnibus nationibus in ipsius summi D E I hæreditatem electi: populi propter Sapientissimos Reges, insignesque de hostibus partas victorias maxime illustris: populi propter sanctissimos Patriarchas & Prophetas sanctificati; populi denique ex quo ipse carnem humanam assumere voluisset.

*israelicis
auxit Chri-
sti meritis.*

PENSA quantopere contristauerit & afflixerit Christi animum, quod cerneret populum tot beneficijs & prærogatiuis à se ornatum ac locupletatum, in profundo cecitatis, & obstinationis suæ permansurum, verumque Messiam tot ante sæculis promissum & expectatum aspernaturum & occisurum esse: quo scelere D E I perpetuum odium & iram inexcitabilem, aduersum se concitabat, signum siue scopum in quem omnes mundi nationes opprobria collimarent, se constituabat,

Luc. 19. tuebat, merebatur denique ab hostibus suis contemni & conculcari, ab hæreditate filiorum DEI eijci, durissima seruitute opprimi, ac prorsus exterminari, quemadmodum Christus ipse prædixerat. *Quia veniens dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem.*

Ex qua consideratione ad eò commotus & afflictus fuit, ut pro nihilo dolores & tormenta sua in tanti exterminij comparatione reputans, maioris curæ sibi esse demonstrauerit detrimentum dilecti huius populi, quam suimetipsius: uti voluit S. S. Hieronymus & Hilarius, dum verba illa explicant, quibus Christus mulieres mortem suam deflentes allocutus fuit, dicens. *Filia Hierusalem, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros.* Et perpède, quod si in die palmarum quando magna cum solennitate ac celebritate ciuitatem Hierosolymitanam inuectus fuit, cum prædicta mala prævideret, ad eò magnum animi mœrorem sensit, ut in lachrymas resolutus fuerit: *Et videns ciuitatem, fleuit super illam:* quantam arbitrandum est illum hausisse tristitiam, in die non lætitiæ, sed summi mœroris &

amaritudinis, cum sibi efficaciter repræsentaret veram destructionem & ruinam non modò nobilissimæ illius urbis, sed Iudææ totius, vniuersique populi Israelitici?

SEXTA fuit desperatio Iudææ ex qua sanctissima Christi anima multò maiorem sensit mærorem & afflictionem, quam ex ipsa prodicione: nam longè magis pressit & cruciauit eum ingens detrimentum, quod Iudas traditor quidem, sed etià discipulus, per desperationem passus erat: quâ iniuria personæ suæ per traditionem irrogata: quoniam desperando, fauciauit, & quantum in se erat, extinxit infinitâ Christi bonitatem, & immensos misericordiæ illius thesauros, quos Christus multò specialius in sanctissima Passione sua relucere, & vt ita dicam, triumphare cupiebat.

CONSIDERA hic attentè amorem Christi, qui pluris æstimat nostrum malum, etiam cum hostes illius sumus, quàm suum. Cogita ergo quantoperè obligatus sis, cum in statu perfectæ charitatis constitutus es, omnes vires tuas eò conferre, vt in illo perseueres, ne Christo dolorem atque mæstitiam, propter animæ tuæ, quam ardentissimo amore complectitur, perditionem accumules.

SEPTIMA fuit, fuga charissimorû discipulo-

VI.
Iudz de-
esperatio in-
geniti mæ-
rore Christi
animum re-
pleuit.

VII.

Separatio à
discipulis
magnam
Christo tri-
stitiam ce-
tulit.

Joan. 16.

discipulorum suorum, quos teneriori pro-
sequebatur amore, quam mater filios
& magister discipulos: imò quodam tem-
pore testatus est, se illos non aliter amare
atque à Patre diligeretur: *Sicut*, inquit,
dilexit me Pater, & ego dilexi vos. quia, opi-
nor, eos tanto tempore instruxerat, tot
secreta reuelauerat, & in Apostolos ele-
gerat.

CONSIDERA ergo quanta fuerit san-
ctissimæ Christi animæ, tristitia & affli-
ctio, cum perspiceret, charissimos disci-
pulos suos, futuros esse sicut oves erran-
tes absque pastore: iuxta illud Zachariæ

Zach. 13.

Percute pastorem, & dispergentur oves: illos
etiam sua causa à synagogis Iudæorum

Joan. 16.

malè tractandos & multis iniurijs oneran-
dos esse, quemadmodum eis futurum
prædixerat. *absque synagogis faciens vos: sed
venit hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur
se obsequium prestare DEO*. Pondera
hic fidelis anima, quanta in æstimatione
habere debeas gratiam DEI tui: quan-
doquidem maiorem ex eo quod sepa-
retur à te, capit molestiam, quàm quod
contumelias & iniurias, quas sibi para-
tas esse probè nouerat, passurus esset.

VIII.

OCTAVA causa fuit: Petri negatio,
quem in lapidem fundamentalem San-
ctæ Ecclesiæ suæ delegerat, & cui clauis
regni

regni cælorum collaturus erat; *Tues Petrus & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cælorum.*

Negatio Petri supra modum affixit Christi animam *Matth. 16.*

Considera igitur qualis tristitia cor Christi occupauerit, cum cerneret, talem Apostolum, aliorum Principem & caput Ecclesiæ constituendum, se iterum iterumque, additis etiam iuramentis & periurijs ad vnius foeminae vocem negaturum esse: quia cadente & deficiente fundamentali nouæ Ecclesiæ, quam tot laboribus & sudoribus in synagogæ locum extruebat, lapide, vidit totâ quodammodo fabricam casum minitari.

ATQUE vt intelligas quam ingens malum fuerit Petri lapsus; Considera, Christum quamuis desiderasset, elegisset & passus fuisset, omnia alia mala sibi facta vsque in finem: hoc tamen ne exiguo quidem tempore sustinere voluisse: nam vix perpetratum fuerat, quando è vestigio illud deleuit: nam intuitu diuinorum oculorum suorum, adeò cor Petri penetrauit, vt illud ad semetipsum confestim reuocauerit, atque ad scelus hoc amaris lachrymis eluendum ac delendû efficaciter mouerit: *Respexit Iesus Petrum & exiit foras, Luc. 22. & fleuit amare.*

NONA fuit, immodicæ carissimæ matris suæ dolor: cernebat enim Christus matrem suam

IX.

Dolor ma-
tris magnū
Christo ani-
mi mxtorē
peperit.
Luc. 2.

Psal. 56.

Quā ingens
fuerit dolor
matris in fi-
lij passione.

fuiam sanctitatem acutissimo doloris gladio transfigendam esse, quemadmodum Simeon senex futurum prædixerat: *Et tu ipsius animam pertransibit gladius.* qui gladius secundum Hugonem Cardinalem, erat Passio, & contumeliæ, quas dilectissimo filio suo irrogari, conspectura erat: iuxta illud Prophetæ. *Lingua eorum gladius acutus.* Hic autem gladius qui matrem lethaliter transfixit, dici non potest, quanta cum tristitia & dolore, Christi quoque animam confixerit, propter mutuum, qui inter vtrumque erat, amorem. Veruntamen ut pius Lector apertius intelligere hunc dolorem, atque intimiori affectu vtrique compati valeat, operæ pretium erit perpendere qualis fuerit matris dolor, & qualia ad illum motiua seu incitamenta habuerit.

- I. PRIMÒ igitur considera, dolorem hunc ex parte matris fuisse vehementissimum quia clarissimè cognoscebat & intelligebat quanta esset Filij sui bonitas, quoad diuinitatem, & quoad Humanitatem: qualia ipsius merita: qualis sanctitas & excellentia; qualis æstimatio & honor, qui à creaturis omnibus ei deferri merebatur. Peruidebat deinde vinculum maternum, alijs vinculis supereminens, triginta trium annorum commercium & conuictum; summam

nam quod illius præsentia mundo præstabat, vtilitatem, quia erat Sol iustitiæ: *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*: & alia innumera bona & excellentia talis ac tanti Filij, quas ipsa secum cum reuoluebat, amabat, & maximi pendebat. Ex quo collige, quam vehemens extiterit dolor eius, quando illum vidit summa cum ignominia in Crucem agi, seque bono immenso, à se tantoperè dilecto & æstimato spoliari.

IOAN. 1.

SECUNDO considera, ex altera parte amorem atque dolorem Filij, erga Matrem, cuius ipse excellentias probè nouerat, & exploratas habebat. Primum quoad naturam, quod nimirum oriunda esset è stirpe Regia. Deinde quoad gratiam, quod non modò omnes sanctos gratiæ plenitudine anteciret, sed etiam Spiritus Angelicos: nã idcirco appellatur ab Angelo, *gratia plena*. Tum, quoad dignitatem matris DEI, quæ talis est, vt nihil possit maius cogitari. Cognoscebat præterea summum illius Imperium in omnes res conditas, in cælo & terra existentes: imò & in ipsum Filium, quatenus erat mater eius, iuxta illud Euangelistæ. *Erat subditus illis*: Adhæc triginta annorum ministerium inæstimabili cum perfectione & sanctimonia præstitum: totumque internum & externum commercium

II.

Amor & dolor Christi erga matrem.

LUC. 1.

LUC. 2.

L cium

cium in Canticis expressum: quæ omnia
 quantò Christus clarius perspiciebat, tan-
 tò pluris sanctissimam matrem suam æ-
 stimabat. Vnde cum cerneret, quod illa
 tot iustissimis de causis, ex morte sua ma-
 ximum esset haustura animi mœrorem:
 tantò intimius ei compatiebatur, & de
 dolore illius contristabatur, quantò il-
 lam, propter easdem causas cariorem
 habebat, ardentiori que amore complecte-
 batur.

III. TERTIÒ considera: cum amor eam
 vim habeat, vt transferre valeat amantem
 in rem amatam: quanto cum amore ma-
 ter vnita & transformata fuerit in dile-
 ctissimum Filium suum: maximè cum nõ
 ignoraret, se plurimum ab eo diligi: nam
 si ad discipulos vt paulò ante diximus, at-
 que in illorum persona ad electos omnes
 ait: *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos,*
manete in dilectione mea. quali carissimam
 matrem suam amore profecutus fuisse
 arbitrandus est? Præsertim, cum præter
 specialem amorem, quo propter virtutes
 & excellentias illam complectebatur, es-
 set illi cum ea singularis quadam sym-
 pathia, & vnitas sanguinis, propter quam
 quantò sibi erant similiiores & confor-
 miores, tantò flagrantius se inuicem di-
 ligeant. Talis igitur cum esset amor,
 simi-

Joan. 15.
 Sympathia
 Christi erga
 matrem,
 vehemèter
 auxit ei
 dolorem &
 compassio-
 nem.

CONSIDERATIO II. 159

similem quoque credendum est fuisse dolorem, adeò vt dolor vnus augeter dolorem alterius: sicque occurrentibus sibi inuicem amore & dolore matris & Filij, ex vtroque (si ita loqui fas est) vnus fieret, multò quam ante fortior: quemadmodum ex duobus lignis accensis, si simul iungantur, vnus fit ignis, sed multò maior & ardentior.

QUARTÒ perpendes, quam excessiuus fuerit hic dolor Christi & Virginis, aliorum similium dolorum, quorum sacræ literæ meminerunt, quique illius typus & figura fuerunt, comparatione. Talis namq; fuit dolor & planctus Euxæ super filio suo Abele, à Caino fratre interempto: Agar ancillæ Saræ, quæ cum videret filium in solitudine siti pereuntem, ita angusti animo cœpit, vt pro illius consolatione Angelum de cælis mitti necessarium fuerit. Iacobi Patriarchæ, quando nuncius de filij Iosephi morte ad eum allatus est: Filiæ Iephte, quæ cum sodalibus suis, per montes discurrens, virginitatem suam duobus mensibus defleuit. Noemi, qui marito & duobus filijs orbata ait: *Ne voceris me Noemi, sed vocate me Mara, quia amaritudine valde repleuit me omnipotēs.* Davidis qui Saulē & Ionatã deplorās dicebat: *Montes Helboe nec vos, nec pluuia descēdat super vos: Et filiū suū*

IV.

Dolor Christi & virginis in sacræ literis fuit præfiguratus.

Gen. 4.

Ibid. 24.

Ibid. 37.

Iudic. 11.

Ruth. 1.

1. Reg. 1.

L 2 Absq-

2. Reg. 18.

Tob. 10.

Abfolon plangens aiebat. *Abfolon fili mi, quis mihi tribuat vt ego moriar pro te?* Annæ matris Tobia, quæ gemitibus & amaris fingultibus exclamabat: *Heu heu, me fili mi, vt quid te misimus peregrinari:* & plangebatur lachrymis irremediabilibus: alijq; similes. Vbi tecum expende, quod si dolores, planctus & mœrores, tot matrum, sponforum, feruorum, amicorum, aliorumque penè innumerabilium, qui in Sacris literis percensentur: Christi planctus & mœrori comparati, vmbra duntaxat & figuræ erant, qualem arbitrandum est, fuisse verum & realem Christi & Mariæ dolorem?

V.

CONSIDERA denique, dolorem hunc reciprocum & mutuum Filij ac matris fuisse tantò vehementiorem, quantò diligentius ab eis comprimebatur, & intrinsicus summa cum modestia & moderatione retinebatur: quia licet amor & dolor humanus, soleant plerumque facere vt excedamus modestiæ terminos in corporis gestibus, in fletu & ploratu nimio, in desperatione alijsque similibus: attamen non debemus existimare, simile quid accidisse tali Filio, & tali matri: quorum amor cum esset ordinatissimus, sanctissimus, & in DEVM eleuatissimus; dolor quoque talis erat, sine vel minimo vitio, aut culpabili excessu.

D 5

DE TIMORE QUÆM SAN-
ctissima Christi anima perpessa
est.

CAPVT III.

DVBITARE atque ambigere nemo
potest, Christi liberatoris nostri a-
nimam hoc etiam supplicij genus,
Passionis suæ tempore sustinuisse: cum E-
uangelista luculentis verbis dicat: *Cæpit*
IESVS pauere & tedere. Sunt quidem non-
nulli S. S. Patrum, inter quos Hilarius &
Damascenus, qui negant in Christo timo-
rem sensibilem extitisse: at isti intelligen-
di sunt de illo timoris genere, quod ab ali-
cuius mali imminenti imaginatione pro-
fectum, cum incertitudine quadam con-
iunctum est, hominemque inter spem &
metum suspensum tenet: nam hoc timo-
ris genus non fuit in Christo; eò quod ipse
omnia quæ sibi euentura erant, clarissimè
intelligeret, iuxta illud S. Ioannis. *Sciens*
IESVS omnia, quæ ventura erant super eum.
quodque diuino decreto supposito, probè
exploratum haberet, se mortem, aliaque
tormenta & iniurias, quæ illam præcessuræ
erant, certissimè atque inuitabiliter per-
laturum esse: Et nihilominus in metu erat
quatenus nimirum permittebat, naturam
suo fungi officio, mortemque veluti ma-

In Christo
fuit verus
timor.

Marc. 14.

Lib 10. de
Trinit.

Lib 3. de fi-
de cap. 23.

Ioan. 18.

Causa timoris Christi. **ti.** lum quod omnes creaturae vita utentes, totis conatibus fugere consueverunt horrere.

I.

Malorum impendentium apprehensio. **Malorum impendentium apprehensio.**
Psal. 39.

CONSIDERA igitur primò, multas fuisse causas timoris huius in Christo: quarum prima fuit, vehemens & viua omnium malorum & suppliciorum sibi impendentium repræsentatio, iuxta illud: *Cum dederunt me mala, quorum non est numerus.* Videbat enim se vndique obsideri & constringi malis gravissimis & innumerabilibus, quæ licet voluntate promptissima & resignata, pro humani generis redemptione acceptaret & amplecteretur: permittebat nihilominus, in hac lucta sensui & carni suum quoque officium: quo factum est, ut secundum eundem sensum & carnem, omnem timorem & horrorem, quem quivis alius homo tolerasset, iuxta illam Domini sententiam: *Spiritus quidem promptus, est caro autem infirma:* perpressus fuerit.

Matth. 26.

II.

Crudelis & ignominiosa mors. **Crudelis & ignominiosa mors.**

SECUNDA fuit, crudelis & ignominiosa mors: quam omnes homines veluti malorum omnium malum pessimum naturaliter fugiunt, metuunt, & perhorrescunt: Dominus ergò cum esset verus homo, alijs similis, secundum naturalem cursum quem impedire noluit, non potuit non extimescere mortem, in se usque adeò honorificam, & formidabilem. **Vnde**

de Cyrillus cum semel dixisset, Verbum
 diuinum nihil timuisse, subiungit: *Caro*
autem factum, permittit carni suae, ut propria
patiatur: & idem tanquam verus homo,
mortem in ianuis existentem pertimescit:
 Quod perinde est ac si dicere voluisset.
 Longè aberat à te Christe, omnis metus,
 longè crux, longè mors: sed nostra cau-
 sa humanam carnem assumere, nostra-
 que mortalitate temetipsum vestire:
 sicque (ô charitatem ineffabilem) hisce
 passionibus timoris perpeffionis, ac mor-
 tis te obnoxium reddere voluisti: Et
 rectè quidem tali amori, tale conuenie-
 bat tributum: quia cum spontanea vo-
 luntate grauissimum nostrorum scele-
 rum pondus in sacratissimos humeros
 tuos sustulisses; oportebat te etiam senti-
 re, atque in temetipso experiri, fructum
 nostrarum miseriarum. Idcirco vt verus
 homo, times velitari cum morte: ac pri-
 mo statim congressu terreris, atque ani-
 mum demittere videris, dum inaudito
 stratagemate de eadem morte trium-
 phas. Quantum verò timorem & horro-
 rem animæ Christi attulerit, hæc vali-
 da mortis adeò crudelis & impiæ, appre-
 hensio, non modò intelligi potest ex
 eo, quod in persona illius Propheta Da-
 uid ait: *Coeur meum conturbatum est in me,*

Lib. 4. in
 Ioan. cap. 1.

Psal. 54.

L 4

& for-

Matt. 26.

& formido mortis cecidit super me: verum etiam ipse illud hisce verbis apertissimè declarauit, quando ad Patrem ait. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste:* quibus orat Patrem, vt si fieri possit, vel omninò calicem passionis à se amoueret, vel calicis sibi præparati amaritudinem temperaret.

III.

Consideratio seueræ iustitiæ Dei.

Isai. 53.

ibid.

Psal. 37.

TERTIA causa timoris Christi fuit, quod consideraret Patrem suum vt Iudicem seuerissimum: nam probè cognitum habebat, quantus esset rigor diuinæ iustitiæ: & quod ira DEI iustè in suam personam armatura se esset, vt in ea omnium sceleratorum & improborum hominum flagitia, ab initio mundi perpetrata, & vsque ad finem illius committenda puniret. Videbat namque verissimum esse illud Regij prophetæ dictum. *Posuit in eo iniquitatem omnium nostrum:* idque vt in persona illius secundum rigorem iustitiæ illam puniret, eodem Propheta testante atque dicente: *Propter scelus populi mei percussit eum.* Cum ergo nosset quam sit horribile ac tremendum à DEO irato castigari, quamque metuendum incidere in manus DEI viuentis, cogita quanto timore & horrore concussus fuerit, ita vt cum Propheta non immeritò exclamare potuerit. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.* Et cum patientissimo Iob. *Quis mihi tribuat,*

ut in inferno protegas me & abscondas me, do- ^{Iob. 14.}
nec pertranseat furor tuus. Considera hic, amabo te, si Christus cum esset verus & naturalis DEI filius, nihilominus iram DEI tantoperè extimuit, atque ad solum nutū & motionem virium diuinæ iustitiæ totus cohorrui; quid tibi & omnibus nobis faciendum sit, qui non sumus naturales DEI filij, & adhæc innumera crimina & scelera perpetravimus, diuinamque bonitatem sæpius offendimus, & sanctissimas leges eius violauim⁹, qualis iure optimo timor, qualis trepidatio, qualis metus & horror noster esse debeat, quando cogitamus DEVM pro scelerum nostrorum meritis in nos animaduersurum esse?

Hominibus extimescendam esse Dei iram illiusque iustitiam.

QUARTA causâ timoris Christi fuit, ^{IV.} quod cerneret se vestitum, ad instar IESV ^{Peccata nostra, quibus se Christus vestierat.} filij Iosedech, vestimentis immundis: *Et Iesus erat indutus vestibus sordidis:* id est, nostrorum scelerum luto ac cæno inquinatis, & sordidatis. Eusebius Cæsariensis, S. Ambrosius & alij, affirmant Iesum hunc Christi Domini nostri figuram gessisse, quando nostris peccatis se vestiuit. Considera ergò quantus fuerit timor & metus Christi, cum tot scelerum nostrorum sordibus onustum se conspicaretur, certoque nosset, purissimos DEI oculos, coram quo ad causam nostram promouendam ac procuran-

Psal. 5.

curandam, compariturus erat, nullo pacto cernere aut tolerare posse rem adeo execrandam & abominabilem, ut est peccatum. *Quoniam, Propheta dicente, Deus nolens iniquitatem tu es: neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.*

CUM ergo Christus vestem hanc sordidissimam omnium mundi scelerum sibi circumdedisset, sicq; Patri se presentaret: & ex una parte sanctissimam maiestatem & infinitam bonitatem illius perspiceret: ex altera vero odium, quo scelera quibus amictus, prosequeretur, penetraret: vidit faciem Patris adeo indignabundam, atque ad eorum scelerum vindictam faciendam succensam, ut exinde inexplicabilem terrorem atque horrorem animo conceperit.

CONSIDERA praeterea, quod cum coram immensa luce & inde terminata bonitate, & exquisitissima puritate Patris compariturus esset, circumdatus tenebris densissimis, summa malitia, & extrema peccatorum, quibus circumamictus erat, deformitate: & cerneret Patrem non modo immenso in peccatum odio ferri, sed etiam in quocunque illud reperisset, seuerissime castigare, uti fecit in Lucifero, Adamo & alij, non potuit non sentire maximum animo timorem atque formidinem.

QVINTA

QVINTA causa fuit, consideratio gra-
uitatis peccati, pro quo Patri suo erat sa-
tisfacturus, quæ grauitas, quatenus pecca-
tum est DEI offensa, qui est bonum infi-
nitum, non potest non esse quodammo-
do infinita. Consideratio præterea nume-
ri seu multitudinis eorundem peccatorū,
quod essent propemodum innumerabilia:
quodque diuina iustitia, pro vnico tantū
lethali peccato, infinitam, id est æternam
pœnam soleat iustè infligere. Ex quo a-
nimaduerte, quantoperè Christus perti-
muerit, dum secum expēderet, se sua satis-
factione luiturum esse malitiā & grauitatē
infinitam, in vnoquoque mortali peccato
contentam: maximè cum nosset se nō pro
vno tantum peccato, sed pro infinitis satis-
facturū, hancque satisfactionem iuxta ri-
gorem iustitiæ perficiendam esse. Hinc est
quod DEVS per Isaiam prophetam ait. *Si*

V.
Grauitas &
multitudo
peccatorum
pro quibus
erat satis-
facturus.

*posuerit pro peccato animam suam, videbit se-
men longæuum, & voluntas Domini in manu
eius dirigitur: pro eo quod laborauit anima
eius, videbit & saturabitur.* quasi dicere vo-
luisse: non tollet Christus peccata homi-
num, nec eorum veniam illis promerebi-
tur, nisi posuerit pro illis animam, id est,
vitam suā, & cum omni rigore satisfecerit.

SEXTA causa timoris fuit, quod cerne-
ret dæmoni, hosti suo iuratis. potestati ac
facul-

VI.

Isai 53

Potestas
damoni in
Christum
collata.
Luc. 22.

IOAN. 8.

Luc. 4.

facultatem supra se datam esse: *Hac est heres vestra & potestas tenebrarum*: qua nimirum facultate, expleturus esset in Christo universam rabiem suam, quam à primo tempore, quo illum cognorat, in eum conceperat, sicut ipse Dominus testatur, inquit: *ille homicida fuit ab initio*: id est, à prima die, qua me nosse cepit, mortem meam àuidè concupiuit, vitamque mihi omnibus modis eripere laboravit. Videbat Christus diabolum, posteaquam per semetipsum non potuit se varijs molitionibus atque congressibus, speciatim in deserto, superare, omni arte atque astutia per Gentiles, & Iudæos, ad hoc enifurum esse, vt triumphum de se referret: videbat illum in omnem occasionem esse intentum, vt quod per sese efficere non valuit, per alios consequeretur: nam propterea vt nonnullis placet, S. Lucas Euangelista, posteaquam tentationem in deserto recensuisset, ait: *Et recessit ab eo diabolus vsque ad tempus.*

C O G I T A ergò, quam iustè Christus immanitatem, truculentiam, feritatem huius adeò potentis inimici pertimuerit: cum probè exploratum haberet, quam ingens esset illius in se odium: quales nocendi artes & statagemata: quanta fortitudo & potentia: nam ideò in sacro Euangelio ipsemet illum fortem appellauit: *Cum fortis*

fortis armatus custodit atrium suum. Et Iob ^{Luc 11.}
ait. *Non est potestas in terris qua comparetur* ^{Iob. 41.}
ei: Imò idem S. Iob, vt insuperabilem pe-
nè hostis huius potentiam demonstraret,
hæc verba subiungit. *In collo eius morabitur* ^{Ibid.}
fortitudo, cor eius indurabitur tanquam lapis,
& stringetur quasi malleatoris incus, cum sub-
la. u fuerit, timebunt Angeli: cum apprehen-
derit eum gladius, subsistere non poterit, neque
hasta, neque thorax: reputabit enim quasi pa-
deas ferrum, & quasi lignum putridum as: &
non fugabit eum vir sagittarius.

SEPTIMA huius tam ingentis & insoliti **VII.**
timoris in Christo causa fuit: quod præui- ^{Immanitas}
deret ministros horum suppliciorum, fu- ^{torum.}
turos esse ab omni pietate & commiseratione
alienos: atque adedò immaniter in se
defœuituros esse, vt quantò magis sanguine
suo resperfi & maculati forent, tantò
maiori eundem fundendi siti arsurus es-
sent: nam quemadmodum rapidus torrens,
cum à naturali cursu suo detinetur,
postea tanto maiori cum impetu prorumpit
& inundat: ita quoque videbat illos
tantò maiori cum truculentia & rabie om-
nem furorem suum in se expleturos esse,
quantò diuturniori tempore illos ab
hac vindicta præpedierat: ideoque hanc
illorum immanitatem secum expendens,
appellauit illos rectè per Psalmistam, mo-
dò

Psal. 21.

dò tauros: *Tauri pingues obsederunt me, nonnunquam canes: Circumdederunt me canes multi.* aliquando leones prædâ expectantes: *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.* Quantò igitur maiori eos rabie exagitari, atque ad supplicia sibi inferenda paratos esse videbat, tantò amplius eorum truculentiam & feritatem extimescebat.

Psal. 16.

Etantes: *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.* Quantò igitur maiori eos rabie exagitari, atque ad supplicia sibi inferenda paratos esse videbat, tantò amplius eorum truculentiam & feritatem extimescebat.

VIII.

Tormentorum quæ passurus erat præquisio.

OCTAVA causa fuit, quod penetraret ac peruideret, minutim & distinctè totum Passionis suæ processum: quæ nimirum & quanta passurus esset, cum omnibus circumstantijs aggrauantibus. Quod ut apertius intelligatur, expende paulisper tecum, qualis eum hominem timor ac tremor occuparet, cui ad mortem crudelissimam condemnato, priusquam ad illam subeundam educeretur, omnia suppliciorum quibus afficiendus esset instrumenta singulatim monstraretur, & qualem unumquodq; eorum dolorè inferat, quantamq; pœnam infligat, explicaretur: Talem & multò maiore cogita fuisse dolorè Christi: cui representata fuerunt omnia & singula Passionis suæ instrumenta: spinæ, flagella, clavi, Crux, lancea, &c. quin & iniuriæ ac mala omnia quæ toleraturus erat, quæ profundissimè & exactissimè penetrabat. Fuit autem timor & horror quem ista

appre-

apprehensio ei attulit, tantus, vt multi san-
ctorum Patrum affirmant, hunc solū suf-
ficere potuisse ad vitam illi auferendam,
nisi ipse hoc prapediuisset.

NONA causa fuit, quod corporis sui pu-
rissimi & sanctissimi, summa cum tempe-
rie, ex sanguinibus B. Virginis Mariæ ef-
formatam teneritudinem, & delicatam
complexionem, perspiceret: adeò vt quã-
tò clarius intelligebat corporis sui purissi-
mi nobilitatem atque teneritudinem, do-
lorumq; quos in eo toleraturus erat acer-
bitatem, tantò amplius sentiebat sensum
repugnantem, maioremq; inde animo
timorem & horrorem concipiebat.

CONSIDERA denique Passionem hanc
timoris quæ fuit in Christo, non proces-
sisse ex nimia animi pusillanimitate seu
exilitate, sed, vti S. S. Patrum nonnulli ad-
uertunt, vt demonstraret se verum esse
hominem, vtpote, qui similiter vt ceteri,
timeret.

Voluit præterea timore hoc concuti, vt
per illum sanctis suis, qui pro sui amore, &
sanctæ fidei suæ defensione, varia tormen-
ta & supplicia perpassuri erant, inuictam
& inexpugnabilem animi fortitudinē pro-
mereretur. Vnde S. Leo Pap. dicit Christū,
quando Petrū post negationē respexit, si-
mulq; intima cordis illi⁹ oculo benigniss.
& san-

IX.
Corporis
teneritudo.

Timor
Christi non
processit ex
animi pu-
sillanimi-
tate.

Idē Christi
timor mar-
tyribus for-
titudinem
promeruit.

Ser. 1. de
pass.

& sanctæ gratiæ suæ lumine penetravit, his eum verbis allocutum fuisse: quid agis Petre? cur metuis? cum ego in hortu tuum in me timorem deriuauerim, ut tu nunc meam assumeres fortitudinem. *Ego de tuo fui trepidus, tu de meo esto securus.* Fi-

Figura timoris Christi, fuit Eua ex Adami latere creatio. Gen. 2.

gura huius rei fuit repletio illa, qua DEUS locum lateris Adami, è quo validum ac robustum os, de quo Eua formaretur, sumptiferat, carne fragili impleuit: quia repletio illa significabat: in reformatione humanæ naturæ, Christum assumpta in se nostra infirmitate, nobis fortitudinem suam esse communicaturum: & nostro timore in se deriuato, animum excelsum nobis esse collaturum. *In nobis*, inquit S. Leo papa, *Dominus nostro pauore trepidat, ut susceptionem nostræ infirmitatis indueret, & nostram inconstantiam suæ virtutis soliditate vestiret.*

Eodem Ser. de Pass.

HÆ & aliæ quamplures quæ declarari nequeunt, generales causæ fuerunt timoris Christi: ex quibus euidenter liquet, qualis fuerit hic timor, quam vehemens, quanti que cruciatus & supplicij: pretertim, cum è passionibus maxime affligentibus, timor vna sit.

DE TÆDIO QVOD CHRIS-
tus in anima perpessus est.

CAPVT IV.

HANC pœnæ speciem sanctissimam
Christi animam afflixisse, nemo in
dubium vocare potest, quandoquidem S.
Euangelista Marcus id verbis clarissimis
testatur: qui Mathæo dicente: *Capit contri-*
stari & mœstus esse, ait: *cœpit pauere & tæde-*
re: de hoc duntaxat non nemo possit
ambigere, quid per tædium sit intelli-
gendum, quandoquidem si verbum
græcum ἀδύμωμένον, quod Latinè tædium
significat consideremus: idem quoque tri-
stítiam siue mœstítiam significare aduerte-
mus: imò propriè loquendo neutrum ho-
rum indicat, sed magnam quandam anxie-
tatem, propter quam quis præ tristítia &
fastidio deficit atq; exanimatur. Ac pro-
inde nonnulli in suis considerationibus
tædium hoc cum tristítia Domini cõfun-
dunt, eaq; vt inter se diuersa non cõtem-
plantur. Nos autem respicientes ad diuer-
sum loquendi modum vtriusque Euange-
listæ, cum superiùs de mœstítia Christi li-
beratoris nostri, atq; causis eius egerimus,
nunc de tædio differemus.

In Christo
fuit verum
tædium.

Marc. 14.
Math. 26.

Quid sit tæ-
dium.

Itaque videtur mihi tædium, quatenus
ab accedia, (quæ in Christo locum habere
non

Tædium
opponitur
gaudio.

M

non potuit) differt, esse afflictionem quamdam, quæ clarius nequit explicari, quam si opponatur gaudio seu voluptati, quæ in hac vita ex ijs potissimum rebus hauritur, quarum absentia solet nos vehementer cruciare: hinc namque inuenio Matrem vxoris Tobix iunioris gaudium tædio directè opposuisse, quando ait. *Esse forti animo filia mea, Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpeffa es.* & David posteaquam conquestus esset se graue tædium sustinere: *Dormitauit anima mea pro tædio:* mox rogat sibi consolationem aliquam donari: *Confirma me in verbis tuis:* quasi consolatio, & gaudium essent tædio prorsus opposita. De hoc igitur Christi in Passione sua tædio, considera.

I.

Duo sunt genera passionum: alterum cum gaudio: alterum cum tædio.

PRIMÒ, duo inueniri passionum genera, quorum prius est cum iubilo & lætitia, seu feruore coniunctum; quale arbitrandum est fuisse plurimorum Christi martyrum, qui tormenta rosas, & carbones accensos, lectis plumaceis similes reputabant: idem certum est sensisse IESUM Christum seruatorem nostrum in laboribus, sudoribus ac fatigationibus, quas pro humani generis salute sustinuit: imò ante passionem suam sæpenuerò demonstrauit, se plurimum lætari, quod Passio sua opere exequenda foret: ut
quan-

quando de illa sub nomine Baptismi dis-
 seruit, dicens: *Baptismo habeo baptizari, &*
quomodo coarctor vsque dum perficiatur? Et Luc. 12.
 quando S. Patrum reprehendit, quod
 amoroso quidem, sed carnali cum affectu,
 necem suam prapedire moliretur: ap-
 pellans eum rudem, ignarum, & Satha-
 nam id est tentatorem: *Vade, inquit,* Matth. 16.
post me Sathana, non sapis ea quae DEI Marc. 8.
sunt.

Alterum passionis genus, est, omnis
 consolationis & refrigerii, expers; sum-
 moque cum tædio, angustia & tremore
 coniunctum. Considera ergò Christum Christus sine
 voluisse posteriori hoc modo dolores aliquo sola-
 suos in horto auspicari, eodemque prorsus rio passus
 modo per totam passionem suam conti- fuit.
 nuari: nam idcirco ab Euangelista tan-
 quam nouum aliquid & inusitatum nar-
 ratur, quod cœperit tædium sentire.

Et capit pauere & tædere. Intuere igitur quo- Marc. 14.
 modo Christus doloribus & tormentis
 suis obuiauerit, quia non modò repræ-
 sentarunt se illi, ad eò efficaciter vt quem-
 admodum supra dictum est, non mi-
 nus illum afflixerint, quam si reali-
 ter illa pateretur: sed etiam occurrit
 illis, & acceptauit ea, non cum iu-
 bilo & lætitia, veluti poterat, si vel-
 let, sed cum tristitia & immenso tædio;

M 2 non

non cum feruore & viuacitate spiritus: sed cum timore ac tremore, ad martyrum differentiam, qui nonnunquam ad supplicia, tanto cū gaudio & spiritus feruore currebant, vt etiā feras bestias, & carnifices irritarent, & ad necem inferendam prouocarent.

II. SECUNDO considera, Dominum tuum sine aliqua consolatione passum esse, quia ita voluit, vt supra indicauimus, & ex verbis Euangelistæ euidenter liquet, cum ait: *Capit pauere & tedere*, quasi nemo potuisset efficere vt hoc pænæ genus sentiret, nisi ipse cæpisset, & miraculosè impediuisset, ne gustus, quem superior ipsius pars ex diuina visione, qua nunquam fuit priuatus, percipiebat, in partem inferiorem redundaret. Pensa ergo quantam habeas causam in hoc tædio, Domino tuo gratias agendi, illique compatiendi: quandoquidem pro tui amore abdicata omni consolatione, nudè & purè passionis suæ tormenta sentire voluit: quod S. Paulus indicauit quando ait de Christo: *Proposito sibi gaudio sustinuit Crucem*: id est, secundum textum Græcum S. Chrysostomi & aliorum, pro cōsolatione & gaudio, quibus licitè, tanquam sibi debitis frui poterat, nudam & duram Crucem amplexus est.

Christus voluntate spontanea hoc tædium passus est.
Marc. 14.

Heb. 12.

III. TERTIO expende tecum, quòd Christus, ad eò

adeò ingenti cum afflictione ac tædio
 Passionem suam sociari voluerit, non id
 profectum esse ex aliqua tepiditate, vel
 animi pusillanimitate, vti supra dictum est
 de timore: sed ex flagrantissimo illius in
 homines amore, qui fecit, vt propter ho-
 minem spoliaret atque priuaret se interno
 gaudio, vt sic dolores, & tormenta sibi in-
 flicta, tantò profundius, animam penetra-
 rent, quantò erant nudiora & puriora, sine
 alicuius consolationis aut refrigerij admi-
 xtione: quia si passus fuisset cum iubilo,
 feruore, ac spiritus alacritate, dolores
 eius nihili penderentur.

Tædium in
 Christo nõ
 à pusillani-
 mitate, vel
 tepiditate,
 sed ab amo-
 re profectum
 fuit.

QUARTO reuolue tecum, tædium hoc,
 quod Christus perpessus est, fuisse tædium
 extremum & ineffabile. Atque vt quam
 magnum & fastidiosum fuerit intelligas,
 considera, quod cum miraculosè semitam
 omnibus consolationibus parti inferiori,
 solatiũ & robur aliquod adferre possent,
 obstruxisset, facultatemque ei dedisset vt
 suo fungeretur officio, id est, sentiret om-
 nia quæ secundum suam naturam, & cru-
 ciare & torquere ipsam valerent: mansit
 sanctissima Christi anima, in medio tot
 dolorum & afflictionum adeò desolata,
 & omni solatio & ope destituta, vt cor il-
 lius propter summum tædium & mæsti-
 tiam, instar ceræ liquefceret, & tota virtus

IV.
 Tædium
 quod Chri-
 stus pertu-
 lit, grauissi-
 mum fuit.

eius (vt ita loquar) exaresceret: quod Propheta in persona illius aperte significauit, quando inquit, *Factum est cor meum tanquam cera liquefscens in medio ventris meo: aruit tanquam testa virtus mea.* idque propter viam omnibus solatijs obstruam.

Figura tædij Christi.

Psal. 118.

CONSIDERA præterea, ingentis huius in Christo tædij figuram gessisse Dauidem, imò Christum potius in persona Dauidis, cum ait: *Dormitauit anima mea præ tædio:* vbi Hebræi S. Ambrosius, Origenes, & alij legunt, *stillauit*, id est acerbissime fleuit, totamque ad amarissimas felachrymas dedit anima mea propter tædium, quo premebatur, ob totius interni refrigerij & solatiij inopiam: ideoque subiungit: *Confirma me in verbis tuis.*

V.

Natura tædij qualis sit.

Genes. 27.

Iob 10.
2. Cor. 1.

QUINTO perpende, si natura tædij vt plurimum talis est, vt non modò faciat nos odisse & horrere omnia, sed etiã propriam vitam: nam idcirco in sacris litteris vbi fit mentio tædij, semper fere coniungitur cum quodam ipsius vitæ odio: quæ admodum in Genesi legimus: *Dixitque Rebecca ad Isaac; tædet me vita mea propter filias Hebræ, si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terra, nolo viuere.* Et in capite 10. apud Iob. *Tædet animam meam vita mea.* Et in epistolis Paulinis. *Gratuati sumus supra*

supra modum, ita ut taderet nos etiam vivere.
 Considera, inquam; si ea est natura tædij,
 ut secum adferat odium vitæ, faciatq; ho-
 minem propriam odisse vitam: multò
 magis credendum, id effecisse in Christo:
 & tantò grauius, quantò tædium illius,
 propter maxima quæ ad illud habebat
 incitamenta, sine comparatione maius
 fuit tædio S. Iob, S. Pauli & aliorum quo-
 rumcunq; ue.

Sextò considera, quemadmodum
 homini, qui magnis infirmitatibus & do-
 loribus premitur, amici, instrumenta mu-
 sica, dulces symphonie, & alia omnia quã-
 tumuis iucunda & delectabilia sint, non
 modò nullum adferunt leuamen & ani-
 mi lætitiã, sed etiam, propter dolorum
 quos sustinet acerbitatem, mœroris &
 molestiarum potius causa sunt: ita quo-
 que Christo propter dolorum, quibus
 omni ex parte circumdatus & vallatus e-
 rat, societatem ac præsentiam, omnia quæ
 intuebatur, agebat, & animo voluebat,
 non modò nullum ei solatium & volup-
 tatem suppeditabant: sed maius etiã tædiũ
 & afflictionem pariebant. Verum ut in-
 timiũs tædij huius magnitudinem pene-
 trare valeas, poteris simul tecum expen-
 dere causas, quæ notabiliter illud aggra-
 uarunt.

Circumstã-
 tia quæ
 Christi tæ-
 dium aggra-
 uarunt.

I.

Quod à Pa-
tre dereli-
ctus esset.

Earum PRIMA fuit: quòd videret se à Patre suo derelictum: qui (filio ita volente ac desiderante) omne solatium inferiori eius parti subtraxerat, eamque in pænis ac tormentis solam reliquerat.

Rom. 8.

Hinc est quòd Passio Christi, Deo nõnunquam in sacris literis attribuitur: vt apud S. Paulum: quando ait. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum:* non quod ille eum varijs tormentis excruciatum in crucem sustulerit, sed quod per Iudæos id fieri permiserit: illumque omnibus consolationibus, quibus dolores acerbissimæ Passionis eius aliquo modo leniri ac mitigari potuissent, priuauerit.

II.

Quod desi-
derio & vo-
luptate pa-
tiendi se
spoliasset.

SECUNDA fuit, quod incenso illo desiderio & ardenti cupiditate pro hominibus patiendi quod magnam animo illius voluptatem prius adferre solebat se despoliasset, illudque in manus Patris consignasset: videbat namq; nisi perfectè huic desiderio renūciaret, per illud facile temperari ac minui potuisse dolorem Passionis ac necis suæ.

Luc. 22.

Quod demonstrare voluit, quando voluntati Paternæ, quæ erat vt summo cum tædio pateretur, se conformans ait. *Non mea sed tua voluntas fiat.* Quod perinde est ac si dixisset. Domine, quamuis per eandem

vo-

voluntatem, quæ tuæ admodum conformis est, pati dec reuerim, nolo tamen hanc voluntatem meam esse, sed tuam, ac proinde tibi illam resigno.

TERTIA fuit, abdicatio & renunciatio, qua omnib⁹ rebus creatis quæ tunc aliquod leuamen aut refrigerium ei præstare potuissent, nuncium misit. Vbi aduertendum est: Christum, quamuis dum inter homines vixit, semper fuerit animo ad eum puro & Deo coniuncto, ut non modò nulla vel minima cum affectu proprietate, alicui rei creatæ inhæserit, sed etiam omnia imò & semetipsum in Deum retulerit, ad eum ut propterea suam doctrinam & gloriam, suam non esse affirmauerit: *Mea doctrina non est mea. Ioan. 7. & 8. Gloria mea nihil est. Non quero gloriam meam.* Nihilominus retinuisse usum nonnullarum rerum ad sustentationem vitæ necessariorum. His verò spontanea etiam voluntate, in Passione sua renunciauit: detrectas omnem, qualiscunq; esset, consolationem, & opem earum, quam licite & iuste potuisset admittere. Quamobrem si prius illum recreabat cælorum aspectus; dierum & noctium vicissitudo; temporum anni varietas; aëris temperies; herbarum diuersitas; florum pulchritudo, hominum conuersatio, & alia quæ nobis magnam solent parere voluptatē: postea cum illis perfecte renū-

III.
Omnis rei creatæ abdicatio.

Ioan. 7. & 8.

Omnes res creatæ fuerunt Christo in passione obiecta mortific.

tiaslet, non modò non erant ei delectabilia, verum etiam molestissima, & tristitia instrumenta, quatenus in omnibus illis Passionem suam insculptam conspiciebat: & quamcunque in partem oculos conuerteret, omnia horrore, amaritudine, dolore, Cruce, & immenso tædio plena esse cernebat.

IV.

Subtractio
ministerij
Angelici.
Marc. 1.

Matth. 26.

QUARTA fuit, quod ministerium Angelicum & obsequia, quæ sibi exhibebant, iuxta illud. *Et Angeli ministrabant*: ex quibus non paruum solitus erat capere voluptatem, non modò admittere noluerit, uti ad S. Petrum ait: *An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* verum etiam omne illorum solatium repperit: nam idcirco Angeli de cœlis ad sui corroborationem delapsi, secundum quosdam consolationem noluit acceptare: & propterea Euangelista mox subiungit agoniã illius; *Et factus in agonia prolixius orabat*: quia nihil aliud significare voluit, quam fastidium, tædium, & angustiam animi inexplicabilem.

V.

Discipuloru
& amicoru
suorum pri
uatio.

QUINTA fuit, quod societate quoque carissimorum discipulorum & amicorum suorum, sibi antea tam clara, ut mutuum eum illis conuersationem suas vocet delicias:

Prov. 8.

tias: *Delitia mea esse cum filiis hominum*: se nostri amore priuasset: permittendo, quod omnes se relinquerent, non tantum per præsentiam, verum etiam per animi alienationem: quandoquidem nonnulli eorum propter scandalum quod in eo passi fuere, alij propter timorem, alij alias ob causas ipsum deseruerant, vti per S. Iob prædictum fuerat. *Non est auxili-
lium in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me.* Ita vt in omnem partem circumspiciens, neminem videret à quo cognosceretur: vt proinde non immeritò in persona illius Propheta dixerit. *Considera-
bam ad dextram & videbam, & non erat, qui cognosceret me.* Quæ omnia quanto perè tedium & afflictionem eius aggrauauerint, apud temetipsum expendit.

Iob. 6.

Psal. 142.

III

VI.

Matris affli-
ctæ aspectus.

SEXTA fuit: quod cum prius illum vehementer oblectaret carissimæ matris aspectus, hoc quoque solatio se priuauerit; quia multo tempore illam non vidit & quando vidit, ad eò mœstam & angustia p'enam conspexit, vt tedium & afflictiones ipsius per hunc intuitum conduplicatæ fuerint: & forsitan in hunc finem, crucifixioni suæ, illam præsentem adesse voluit.

Vnde

S. Bernardus
lib. de pass.

Vnde S. Bernardus ait: *O bone Iesu, magna pateris exterius in corpore, sed multò maiora interius in corde, ex compassione matris, omnia tecum participantis.*

VII.

Sanguis què
à corde re-
pulit.

SEPTIMA fuit, quod cum recursus purissimi sanguinis ipsius ad cor, uti omnibus in magna angustia vel afflictione constitutis accidit, posset illum recreare & confortare; hoc quoque solatium recusauerit, & magno cum impetu sanguinem ad cor confluentem, repulerit, adeò ut ex omnibus venis prorumpens, per totum corpus tam abundanter defluerit, ut terram quoque cruentauerit. *Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Qui sudor quoniam summè afflictivus fuit, supra modum quoque internum illius dolorem & tædium auxit.

VIII.

Christus
tædium hoc
passus est,
ut nos lætifi-
cicaret.

ULTIMÒ considera, Christum idcirco voluisse tanto cum tædio pati, ut tibi suum donaret gaudium, utque cum lætitia & voluptate præsentis vitæ molestias & aduersitates tolerares: quod mihi videtur idem Dominus innuere voluisse, quando in Ioanne, posteaquam discipulis multa tristitia & molesta de Passione sua retulisset, subiunxit. *Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur:* quod perinde est ac si dixisset: Hactenus ijs de rebus apud vos sermonem habui, quæ mihi maxi-

Ioan. 15.

CONSIDERATIO II. 185

maximi & inexplicabilis tædij causa futura sunt, vt meum gaudium, cui pro vestri amore renuncio, in vobis sit, & gaudium vestrum plenum atque omnibus numeris absolutum sit. Propterea S. Ambrosius in hæc verba prorupit: *sequestrata*, inquit, *delectatione diuinitatis aterna, tædio meae infirmitatis afficitur: suscepit enim tristitiã meam, vt mihi lætitiã largiretur suam, & vestigijs nostris descendit vsq; ad mortis arumnã, vt nos reuocaret ad vitam.* Ex quo demum cõsidera, si eximia & singularis fuit S. Martini charitas, qui medietatem chlamydis suę pauperi tribuit, vt in illo Christum teget: infinitis partibus maiorem fuisse Christi Domini & liberatoris nostri charitatẽ, qui veste glorię & fœlicitatis semetipsum despoliauit, vt nos pauperes & miseros abundantia & plenitudine voluptatum & gaudiorum suorum vestiret: assumpta sibi veste humanitatis nostrę prorsus lacera, & ex infinitis miserijs & infirmitatibus contexta.

In Luc. 6.28

DE AGONIA QUAM CHRISTI anima perpeffa est.

CAPVT V.

NON defunt qui dicant agoniam de qua Lucas scribit, quamque Christũ in horto preces ad Patrem fundentem, expertum

Luc. 22.

Agonia
quid sit.

Ius. 22. Luc.

peritum fuisse affirmat, his verbis; *Et factum in agonia prolixius orabat*; non differre à tribus internis animi cruciatibus iam explicatis, tristitia, timore, & tædio, quorum Matthæus & Marcus in suis Euangelij mentionem fecere: ac proinde aiunt idem esse *Agoniam* quod *Angorem*, quamuis prius illud multò significantius & expressius angoris & mœstitiæ Christi magnitudinem exprimat. Verumenimverò si consideremus S. Lucam Euangelium suum Græca lingua scripsisse, vti Hieronymus & alij asseuerant; ideoque verbo Græco in sua propria significatione usum fuisse, cum *Agonia*, secundum Græcos à vocabulo ἀγων quod Latine *Luctam* vel *certamen* significat, deriuetur: certò nobis persuadere debemus, per nomen *Agonia*, Euangelistam intelligere tormētum illud, quod anima Christi sensit ex ingenti & truculento certamine, quod maximè in horto sustinuit, inter partem inferiorem & superiorem: inter vitam & mortem: inter honorem & contumeliam: inter amorem & tormentum. Sic videtur intelligere & explicare hoc nomen *Agonia* Nicolaus Liranus in postilla, vbi ait: *Erat enim ista agonia, reluctatio sensualitatis mortem horrentis, & rationis ipsam accipiatis quia virtute diuina qualibet pars permit-*

mittebatur agere & pati, quod erat sibi proprium.

Sequendo igitur hanc nominis *Agonia* expositionem, conabimur hoc capite ostendere, & ante oculos animæ contemplatiuæ ponere, quale fuerit duellum & certamen in Christo; attamen sine peccato: quale etiam illi tormentum fuerit, vtriusque partis insultibus resistere: motus ad eò differentes in animo sentire: & tam varijs obiectis & offendiculis non commoueri. Nemo tamen, quoniam prælij & certaminis vocabulis vtimur, existimet vnam partium in hoc certamine concurrentium vinci, altera manente victrice: quia diuina sapientia, sic omnia disposuit, & temperauit, vt & pugna esset iustissima vtrarumque partium, & tamen nulla succumberet, sed ambæ vincerent, sine manifesto argumēto amissionis victoriæ, cum ad nihil aliud certamen hoc crudelissimum pertinere vellet quam vt amori fatissaceret, qui varios modos & stratagemata quærebat, vt patiendo fatiaretur.

Distribuemus verò luctam hanc pro maiori euidētia & perspicuitate in tres congressus vehementissimos & atrocissimos, quos Christi anima amore homi-

hominum prorsus incensa, fortissimè sustinuit, licet cum cruciatu & pœna ineffabili.

*DE PRIMO CONGRESSU
sanctissimæ Christi animæ, qui fuit
inter partem superiorem &
inferiorem.*

I. **C**ONSIDERA igitur, primum congressû fuisse partis superioris Christi, cum parte inferiore ac sensualitate, vel vt apertiùs dicam, spiritus cum carne, iuxta illud: *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Incepit namque sensus suum facere officium, & grauiata tormentis quæ sibi parari intelligebat, horrere ac recusare, & modum quærere quo posset mortem crudelissimam & ignominiosissimam evitare: opponens se voluntati rationali & superiori, multis ijsque potentissimis armis.

Math. 26.

Quibus armis pars inferior Christi, rationi in primo congressu se opposuit.

I. **P**RIMA arma quibus rationem appetitus oppugnauit hæc fuere: Demonstrabat illi quam esset naturale omnibus creaturis niti ad conseruationem & perpetuitatem sui esse, & fugere illius destructionem, maximè per violentam mortem: conseruando totis viribus esse semel acceptum.

II. **S**ECUNDA fuerunt: Quod ostenderet illi dignitatem & excellentiam personæ Christi,

CONSIDERATIO II. 189

sti, cui necem pro immenso premio, quod infinitis virtutibus ac meritis eius debebatur inferre, nimis quam horrendum erat.

Tertia fuerunt, indignitas contumeliosa, infamis, & iniuste mortis, quæ fuerunt arma partis inferioris aduersum superiorem omnium potentissima, dum declararet illi, quam ingens malum sit, tale mortem, tanta cum iniuria & iniustitia subire à qua ipsa naturaliter abhorreret.

Quarta arma fuerunt, distincta omnium & singulorum dolorum, iniuriarum, & tormentorum immanissimorum, quæ Christus passurus erat enumeratio. Qua factum est, ut quemadmodum omnes dolores singulatim sentiebat, sic quoque omnis dolor, parti inferiori, pro armis validissimis esset, quo parti superiori persuaderet, tam immanem cruciatum, totis viribus defugere.

Quinta fuerunt, naturæ Christi fortis & optimè temperatæ representatio, ut simul perspiceret: quod quanto natura esset robustior, tanto magis sensura esset passionis acerbiter, quia maiorem habet vim atque vigorem malo resistendi; ubi ea quæ debilis & infirma est, citius cedit, & dissoluitur.

Sexta arma fuerunt, arcta unio & amicitia, quæ erat inter animam & corpus

N

Chri-

III.

IV.

V.

VI.

Christi sanctissimum : ex qua sequebatur dolor incredibilis quòd ab inuicem separandi essent : hoc enim, vti experientia cernimus in moribundis, maximam solet efficere agoniam : quæ in Christo fuit tantò maior, quantò clarius intelligebat, animæ, à qua corpus suum informabatur, & simul cum diuinitate sustentabatur excellentiam: quantò etiam manifestius anima cognoscebat, corpus sibi semper fuisse obedientissimum & subiectissimum omnibus potentijs, sine vlla vel minima repugnantia & contrarietate. Quare quantò maior erat concordia & harmonia amicitia, qua tam diuturno tempore simul vniti & sociati fuerant : tantò maior erat vis & resistentia, qua ambo parti superiori resistebant, vt talem mortem, per quam ista separatio & diuortium faciendum erat, haudquaquam permetteret. Hic fuit primus congressus, quem anima Christi, à parte inferiori & sensu sustinuit : cui Spiritus, voluntasque rationalis & deliberata, alijs armis & rationibus validissimis se opposuit.

Rationes
quibus superior pars
inferiori,
in primo
hoc conflictu resistit.

- I. CONSIDERA igitur quomodo ratio, tota amore succensa, cõtra obiecerit, dicendo *Primò*: verum quidem esse quod natura malum & super omnia mortem horreat
nihil

nihilominus quemadmodum plurimi naturalem hūc appetitum seu natiuam propensionem paruipendentes, cum necessitas flagitaret, vitam suam mortis discrimini obiecerunt, necemque læto animo subierunt: ita quoque cum valdè necessaria sit mors ipsius ad humani generis salutem, ad sedium Angelicarū reparationem, ad pacem inter Deum & hominem constitutendam, ad peccati & dæmonis è mundo exterminationem, nō conuenire vt ad naturæ inclinationem respiciat: sed potius omnes illius leges infringat.

Secundò: nili moreretur videri posse fortio rem fuisse mortem amore: cum tamen Sapiens in Canticis affirmet amorem morti simile esse. *Fortis est vt mors dilectio:* Amor morte fortior est. Cant. 8. Vt ergò ostenderetur amorem, quo deperibat genus humanum, non esse morte infirmiore, decere vt mortem non fugiat, sed spontanea voluntate subeundo, vincat & profliget.

II.

Tertiò: sic decretum fuisse in augustissimo diuinarū personarū consistorio, ideoque op^o esse vt decretū hoc opere perficiatur maximè cū illud prius acceptauerit, teste Regio Propheta Dauide in persona illius dicente. *Sacrificiū & oblationem nolui,* psal. 39. *tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptū est de me vt facerē voluntatē tuā, Deus meus volui.*

III.

IV.

Caeremonia
& sacrificia
veteris legis
fuerunt præ-
paratio quæ-
dam ad fu-
turam pas-
sionem.

Quartò: hac ratione manifestari ingen-
tem illam præparationem ab æterno factã,
& à mundi exordio ad sanctissimam Pas-
sionem illius ordinatam, id est, tot figuras,
ritus, sacrificia, oracula, aliasque innume-
ras antiquæ legis caeremonias, quibus, ve-
lut totidem picturis, Passio illius figuraba-
tur, & adumbrabatur: cui pro absoluta cõ-
pletione, nihil aliud deesse videbatur, quã
executio, præsertim cum dixisset se non ad
dissoluendam legem, sed ad implenda om-
nia quæ de se scripta erant in mundum ve-
nisse: *Non veni solvere legem sed adimplere.*

Matth. 5.

V.

Quintò, prophetias, iuramenta & promif-
siones in diuinis libris comprehensas, de
morte ipsius, nisi passionem subiret pro-
fus vanas & falsas futuras esse: imò hac ra-
tione notabile quoddam præiudicium in-
finitæ & perfectissimæ virtuti eius creati:
nam cum dixerit, nullum vel minimum
iota, imò ne apicem quidem in lege esse,
qui non perfectè adimplendus sit: si passio
non succederet, notari & argui posset de
falsitate, quod ab infinita illa veritate alie-
nissimum atque illi prorsus contrarium
est. *Amen dico vobis, iota vnum, aut vnus apex
non præteribit à lege, donec omnia fiant Calum
& terra transibunt, verba autem mea non tran-
sibunt.*

Matth. 5.

Luc. 16.

His alijsq; validissimis rationibus & ar-
gumen-

gumentis, summo cum impetu & violentia amoris opposuit se pars superior, & voluntas deliberata patiendi parti inferiori & sensui; qui propter naturale desiderium tot tormentis & supplicijs contrariū, magnam faciebat resistantiam, ad illa euitanda & à se repellenda. Fuit autem tam atrox harum duarum partium in Christi persona congressus, vt sanguineum è toto corpore ipsius sudorem prolicuerit, quod agonie lethalis expressum fuit indicium.

Quantam afflictionē hic congressus animæ Christi attulit.

Certaminis huius immanissimi figura fuit, scala quam vidit Iacob, quæ à terra ad cælos vsque porrigebatur: per quam Angeli ascendebant & descendebant: cuius summo fastigio diuinum numen incumbebat: quia scala hæc significabat Christum, verā scalam à terra ad cælum vsque pertingentem, quatenus in se coniuncta habet duo illa extrema, à se infinito interuallo distantia: quæ sunt: Deus & homo: quorum illud altissimum, hoc humillimum est: per hanc scalam alij Angeli ascendebant, alij descendebant: id est, in Christo vnus affectus se erigebat, alter deprimebat: contrarijsque motibus ferebatur: quando caro cum spiritu, & pars inferior cum superiore confligebat. Hinc namque procedebant, illæ ad eò differentes petitiones: *Transseat à me* Matth. 26.

Figura conflictus, quæ Christus in agoniam sustinuit. *Gen. 28.*

calix iste: & Non mea, sed tua voluntas fiat.

N 3

Hinc

Hinc illa spiritus alacritas: *Spiritus promptus est*: tanta cum carnis debilitate coniunctas: *Caro autem infirma*. Hinc illa promptitudo qua persecutoribus & passioni suæ obuiam processit. *Surgite, ecce appropinquat qui me tradit*: Et illud tædium, quo eandem exhorruit: *Transfer calicem istum à me*: & alia his similia.

L. 40. 22.

DE SECUNDO CONFLICTU
inter creata omnia & mortem Christi.

CONSIDERA secundum cōgressum, quem sustinuit anima Christi, cum summa angustia & fastidio fuisse omnium creaturarum sensibilibum & insensibilibum: animatarum & inanimatarum: rationabilium & irrationabilium, id est totius naturæ conditæ. Quod ut planius & evidentius fiat, aduertendum est, quod cum certo quodam modo in natura hominis, omnes aliæ creaturæ contineantur, uti rectè annotarunt S. S. Gregorius & Damascenus (nam propterea in diuinis libris sæpè nomine vniuersi & minoris mundi nūcupatur) cumque verbum æternum per Incarnationem eandem naturam humanam sibi vniuerit, ex consequenti fuerunt

Qua ratione omnes creaturæ habeant esse, & vitā in Christo.

Lib. 6. mor. cap. 7. & 8.

Lib. 3. de fi de cap. 12.

runt omnes creaturæ ad nouam & specialem quandam excellentiam, & ad esse multò sublimius, quam ante habuerant, sublata: quia dum ille in quo continebantur exaltaretur & magnificaretur, ipsæ quoque ex consequenti exaltabantur & magnificabantur, vti non malè aduertit Caietanus. Ac proinde forsitan, S. S. Gregorius Nazianzenus, & Iustinus martyr, vocant mysterium Incarnationis *Oeconomiam*: id est, *Vniuersalem dispensationem*, quasi Verbum diuinum non tantum fuisset incarnatum pro homine, verum etiam pro vniuerso mundo.

3. Part. q.
1. art. 1.
Orat. 42.
incōtrapo-
sit. fidei.

Idem elici potest ex supracitato S. Gregorio Nazianzeno, in hymno quodam, quem in laudem Christi Seruatoris cecinit: cuius aliquot versus ad eorum qui in Christi Passione meditanda assidui sunt, consolationem & vtilitatem proferam: dicit ergo cum Christo loquens.

CHRISTE rex, mundi gubernator, vitalem vim rebus adferens, omnium qua sunt, ac futura sunt, effector, (tibi quippe res omnes curæ sunt) qui orbis fundamenta & quæcunque in rerum natura sunt, quasi vinculis quibusdam astricta, nutu tuo sine vilo errore fers. Tibi Christe tribuendum, quod sol igneum orbem supereminens, sidera omnia, vt tu beatas illas mentes, splendore suo obscurat.

Laus Christi Seruatoris ex S. Gregorio Nazianzeno.

Tibi adscribendum, quod Luna, hoc est, noctiv
 lumen viuit, vicissimq; moritur, ac rursus plene
 lumine perfusa cursum suum conficit. Tibi ad-
 signandum, quod circulus ille, quem signiferum
 dicimus choreaq; celestis moderata ratio, parti-
 bus anni benignè ac sensim inter se temperatis,
 atq; commixtis, modum prescribit. Stella etiam
 tam fixa quam errantes retrorsum currentes,
 admirabilem sapientiam tuam predicant. Lux
 tua sunt omnes illa caelestes mentes, qua Trini-
 tatis gloriam decantant. Hucusque verba S.
 Gregorij Nazianzeni ex quibus patet, quã-
 toperè creata omnia depèdeant à Christo.
 Quod multò adhuc clarius & apertiùs cog-
 nosci potest, ex illis S. Ioannis Euangeli-
 stæ verbis. *Quod factum est in ipso vita erat,*
quæ secundum nonnullos ita intelligenda
sunt: quasi creaturæ omnes, non tantum
in verbo diuino sint, verum etiam esse &
vitam nõ habeant nisi in illo & per illum:
ac proinde Christus iure optimo, vocatur
Deus natura: quia ipse est verus factor &
conseruator totius vniuersi: ad cuius con-
firmationem plurimum momenti adfert
auctoritas S. Pauli dicentis. In ipso condita
sunt vniuersa, in calis & in terra, visibilia & in-
uisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Prin-
cipatus, siue Potestates: omnia per ipsum & in ip-
so creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia
in ipso constant.

Ioan. i.

Christus est
 fons & ori-
 go creatura-
 rum om-
 nium.

Coloß. i.

Cùm

Cùm igitur hoc pacto creata omnia es-
 sent in Christo, atque ab illius vita tanquã
 prima origine & fonte, esse omnium crea-
 turarum dependeret : inde fiebat, vt aptæ
 atque idoneæ essent varia & grauiã in illo
 motiua timoris atq; horroris ad morien-
 dum generare : præsertim cum Christus
 penetraret ac peruideret, quantus esset na-
 turalis instinctus & propensio vniuscuius-
 que ad conseruationem proprij esse. Expê-
 de igitur quomodo omnes concurrerint
 seque vnierint, & coniunxerint cum parte
 inferiore, atque simul cum illa rationibus
 validissimis, si omnes loqui potuissent ad-
 uersum superiorem partem conspiraue-
 rint, ne læderetur aut moreretur is, à quo
 totæ prorsus dependebant: nam deficiente
 vita adeò nobili, in qua ipsæ fundatæ erant:
 ipsæ etiam quodammodo deficiebant &
 amittebant vniuersam pulchritudinem &
 perfectionem, in ipsis resplendentem, quã
 ab illa acceperant. Vnde appetitus natura-
 lis Christi ex parte creaturarum sensus &
 rationis expertium, potuit exclamare: Ergõne
 dicetur, creaturas tam nobiles & exi-
 miã, factas & conditas esse à DEO in Cru-
 cem acto? ergõne ipsæ illi seruient, & ille
 ipsis dominabitur?

Creaturæ quoq; rationis participes, vt
 homines & Angeli similiter dicere pote-
 rant,

N 5

rant,

Quomodo
 creaturæ se
 opposuerint
 morti Chri-
 sti.

Quomodo
se pars supe-
rior secun-
do huic cō-
gressui op-
posuerit.

rant. Ergo ne inclinabimus nos homini in Crucem sublato, & quendam multis tormentis excarnificatum, tandemq; in Crucis patibulo violenta morte, vita functum, pro DEO adorabimus? & DEVM nostrum perpetua infamia & nos simul cum illo notari patienter sustinebimus?

I.
Creatura
per Christi
mortem
nobilius
fuerunt re-
staurata.

Ioan. 1.

Secundò huic congressui tam valido, qui Christo omnium Creaturarum nomine se præsentauit, voluntas deliberata patiendi se opposuit: demonstrans, *Primò*, ipsas nullam prorsus iacturam passuras, quod esse suum imò esse quoddam multò vitalius & absolutius accepturæ essent: eò quod omnia quæ Christo erant euentura in passione ac morte, ad maius ipsarum beneficium & vtilitatem pertinerent. Sic intelligit S. Ambrosius id quod paulò ante ex S. Ioanne protulimus: *Quod factum est in ipso vita erat.* Nimirum, vt idem sanctus ait, omnes iniurias, percussiones, colaphos, sputa, irrisiones ac tormenta, quæ Christi personæ in morte ipsius irrogata fuerunt, vitam esse, vitam videlicet nostram & totius vniuersi.

II.

Secundò, Aduenisse illam temporum plenitudinem, in qua Pater cælestis, per amarissimam Passionem & mortem Christi reparare decreuisset, non tantum omnia

nia

nia quæ in cælis, verum etiam quæ in terris corrupta & vitiosa essent, quemadmodum rectè ait Apostolus. *Proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia, in Christo, quæ in cælis, & quæ super terram sunt.* Itaq; necessarium esse, omnia hæc adimpleri.

Ephes. 1.

Tertiò. Nobilitatem & excellentiam quæ in ipsas redundabat per vnionem & dependetiam, qua eatenus maximè à Christo dependebant, quatenus continebantur in natura humana, non modò non immi- nuendam & deteriorandam: sed morte ipsius multò magis augendam & extollen- dam esse, eò quod posteaquam à terra per lignum crucis exaltatus foret, omnia ad se tracturus, sibi quæ, nouo quodam & cæ- lesti modo, vt ita dicam, vniturus esset: quemadmodum ante apud S. Ioannem prædixerat, vbi ait. *Et ego si exaltatus fue-*

Ioan. 12.

ro à terra, omnia traham ad me ipsum.

CONSIDERA hinc qualis & quam ter- ribilis fuerit hic conflictus, quem anima Christi, propter creata omnia sustinuit: quia ex vna parte omnia creata, parti inte- riori coniuncta opposuerunt se ne more- retur: tota natura magna vi resistente & agente vt Christum omnibus ad hoc col- latis viribus conseruaret à quo vniuersum esse ipsius dependebat.

Quam gra- uis & atrox fuerit iste Christi con- flictus.

Ex

Serm. 6. de
pass.

Ex altera verò parte, superior pars, & deliberata voluntas Christi, mortem subire volebat. Ex quo ingens lucta & certamen adeò crudele & atrox exortum est, vt ex parte Christi visa fuerint horrenda timoris, horroris, & sanguinei sudoris signa: ex parte verò creaturarum, tam variaz & insolitaz commotiones, vt viderentur omnes, S. Leone papa affirmante, velle deficere, cum illum à quo conditaz erant, & morti conspicerent: ait namque. *Debat hoc testimonium suo mundus Authori, vt in casu conditoris sui vellent vniuersa finire.*

*DE TERTIO CONFLICTU
animæ Christi inter honorem
& contumeliam.*

MAGNVS & terribilis fuit hic conflictus honoris, imò cæteris omnibus, quos Christus Saluator noster in imaginatione sustinuit, maior & atrocior. Dico in imaginatione: quia omnes isti conflictus quos hactenus declarauimus, fuerunt imaginarij, & certamen quoddam, vt ita loquar, imaginarium, quos sibi Dominus ante Passionem repræsentare voluit, vt hac ratione plurima & atrocissima pro nobis pateretur.

CONSIDERA ergo, Dominum sibi repræsentari voluisse omnes rationes, quæ
in

in Passionis opere honori suo, tam quatenus Deus, tam quatenus homo erat, opponi possent. Vbi aduerte honoris affectum adeò esse connaturalem & ingeneratum animis hominum, vt pluriseum estimant quàm propriam vitam: vnde videmus, eos qui de vita amittenda periclitantur, in tanta iactura, nihilominus de conseruatione honoris admodum sollicitos esse, & procurare vt ipsa etiam mors, si violenta morte è medio tollendi sint, quoad fieri potest, sit quam maximè honorata.

Expende igitur, quam atrox fuerit hic congressus honoris in Christo, qui erat verus totius honoris & gloriæ Dominus: adeò vt Apostolus de Iudæis dixerit. *Si cognouissent, nūquam Dominum gloria crucifixissent*: id est, vt D. Thomas exponit, si cognouissent Christum esse honoris & gloriæ Dominum, illamque omnibus dispertiri: nunquam illum in crucem sustulissent. Quare quanto affectus honoris in Christo erat iustior, tantò magis conueniebat illū ab eo æstimari, tantoque iustius in illo idē affectus pro conseruatione honoris & reputationis suæ, decertabat.

Itaque primò præsentauit se illi maxima contumelia quam subiturus erat, mortem oppetendo, nõ vulgarem, sed summam cum ignominia coniunctam, qualis erat

Pluris estimatur ab hominibus honor quàm vita.

Christus est verus honoris & gloriæ Dominus. 1. Cor. 2. S. Chrysost. & S. Thom. in eum locum.

Maximus fuit in Christo cõflictus ex parte honoris.

Cru-

Crucis: obtulerunt se quoque illi omnes simul iniuriæ, infamiæ, & vituperia quæ toleraturus erat. Quæ cum secū tractaret, conuenerunt omnia diuina eius attributa, demonstrantia talem mortem esse ipsis summè contrariam & repugnantem: eò quòd, propter vnionem hypostaticam humanitatis cum verbo diuino, illa inhonorata & contumelijs affecta, ipsa quoque per communicationem Idiomatum ipsè iniurijs & contumelijs obnoxia fierent. Adeò vt (si more nostro loquamur) exclaimare potuerit æternitas & dicere. Ergòne affirmari poterit, *DEVM* æternum à morte fuisse absorptum? & illum qui principium non habuit, nec finem habiturus est, morti in prædam celsisse? & veram esse hanc propositionem, *DEVS mortuum est.*

Impassibilitas similiter: Ergòne fieri poterit, vt Deus impassibilis, atque omnis vel minimæ læsionis expers, propter hominem, vilissimam creaturam, se acerbissimis supplicijs atq; tormentis, omniq; passionum generi subijciat?

Sapientia: Ergòne *DEVS*, summa sapientia, qui lucem inhabitat scientiæ inaccessibleis, ab hominibus stultitia reputabitur?

Omnipotentia: Ergòne Deus ille exercituum,

cituum, DEVS omnipotens & metuendus, qui tam multa miranda supra naturæ vim atque ordinem edidit: eò vsque se demittet, & semetipso adeò se spoliabit, vt quasi infirmus & debilis effectus, tormentis non resistat, & mortis præda efficiatur?

Veritas. Ergòne Deus summæ veritatis, mendacium & falsitas existimabitur?

Maestas. Ergòne DEVS infinitæ maiestatis & gloriæ summum crucis vituperiũ sustinebit?

Fælicitas: Ergòne summa DEI fælicitas, summa cum mortis miseria sociabitur. Similiter omnia alia diuina attributa potuerunt exclamare.

In hoc conflictu obrulerunt se quoque imaginationi eius, omnia mala, quæ propter hominũ malitiam, ex Passione ipsius secutura erant, quorum primum & summum erat mors ipsius; Iudæ perditio; fuga & dispersio Apostolorũ; populi antiquissimi & nobilissimi exterminium, eiusdẽq; scandalum & obstinatio: hæreses, inter fideles disseminandæ; difficultas credendi, hominem in Crucem sublatum, DEVM esse; innumerabilium hæreticorum, idololatrarum, gentilium, atque animarum eam ob causam damnandarum repro-

reprobatio; aliaque mala grauissima quae se ipsi offerebant, tanquam nulla ratione permittenda, eò quod ad contumeliam ipsius quodammodo pertinerent: & ex consequenti vrgebant, non tolerandam esse mortem illam, ex qua sequi videbantur, si alia suauiori via posset remedium adhiberi.

Quãti Christus fecerit honorem suum.

Isai. 42.

Coloß. 2.

Repræsentauit se quoque illi, æstimatione ingens, qua maximi reputabat hunc honoris affectum: præsertim cum de illo in Isaiâ scriptum esset: *Gloriam meã alteri non dabo.* idque eò magis, quo clariùs peruidebat infinita merita sua, quandoquidem uti S. Paulus ait: *in ipso inhabitabat plenitudo diuinitatis corporaliter:* quod tanto maiori honore atque æstimatione illum dignum constituabat.

Huic honoris congressui, amor se opposuit atque præualuit: demonstrando primo, verum quidem esse, quod diuina attributa in passione ecclipsin seu imminutionem quandam sensura essent, quandoque in multorum animis magnam id pariturum esset admirationem, quoniam iudæi scandalum inde sumpturi: Gentiles verò stultitiam reputaturi essent: nihilominus omnia maiori cum honore & gloria ipsorum esse conficienda, modò amor triumpharet, quemadmodum verè in Passione triumphauit.

phavit: quoniam amore triumphante,
 DEVS quoq; & ipsa simul triumpharent:
 cum DEVS sit totus amor, & ipse amor.

Deus charitas est.

i. Ioan 4.

secundò: si in hoc DEI Patris voluntas
 perficeretur, necessariò omnia redundatura
 esse ad maiorem honorem & gloriam
 DEI, & ex consequenti ad gloriam Christi
 diuinorumque ipsius attributorum.

II.

Tertio: Ea quæ dici possent, nimirum,
 quod DEVS, vt vitam homini creaturæ suæ
 conferret, mortuus esset: quodq; infirmi-
 tatem assumpsisset, humanisque miserijs se
 vestiuisset, vt homines ab illis liberaret,
 gratiaq; & gloria vestiret: omnia inquam
 hæc cessura esse ad maiorem DEI honorẽ
 & gloriam, diuinorumque attributorum
 ipsius, ideoq; non conuenire vt propter
 aliquid horum à Passione se subtrahat:
 maximè cum gloria Resurrectionis om-
 nem mortis iniuriam sepultura esset: vti
 Petrus Chrysologus ait. *Resurrectionis glo-*
ria sepeliuit morientis iniuriam.

III.

Serm 75.

CONSIDERA modò, quam atrociter
 duo affectus ad eò violenti & efficaces, v-
 nus honoris, alter amoris, in Christo inter
 se conflixerint: quia pars inferior nolebat
 tot contumelias pati: at spiritus & volun-
 tas rationalis, ab amore gubernata, consi-
 derans, hanc esse Patris voluntatem, vt per
 mor-

Quantam
 in Christo
 agoniam
 effecerit hic
 conflictus.

○

mortem ignominiosissimam, multò magis exaltaretur, honoraretur, & glorificaretur, omninò pati decreuerat: Ex eo autem conflictu exortus est, timor, horror, tædium, & agonia tam grandis, vt redundans in corpus, intus & foris sanguinem mirum in modum commoueret, vti Euangelista testatur, inquiens. *Et factus in agonia, prolixius orabat.* Idem fortè significare voluit S. Ioannes his verbis. *Nunc anima mea turbata est; & quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora: sed propterea veni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum.* Quæ verba ex se quidem valdè difficilia sunt, at ijs, quæ diximus, suppositis, supra modum clara & aperta redduntur. Perinde enim est ac si dixisset. *Nunc anima mea turbata est:* id est: anima mea ex ingenti conflictu & agonia modò conturbata est. *Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora.*

Luc. 22.

Ioan. 12.

Naturalis voluntas te Pater rogat, vt me ab hac hora id est à doloribus, tormētis, & contumelijs quæ perlaturus sum, liberet: at voluntas deliberata & rationalis motu respondet: *Sed propterea veni in hanc horam:* idcirco ad hanc horam accessi, vt paterer istos cruciatus, ad tuam, Pater, gloriam illustrandam, & hominum salutem.

co
Pater, fac vt patiar, & passione mea saluifica me
Pater clarifica nomen tuum

ctissimum nomen tuum glorificent.

Hi fuerunt atroces congressus & certamina, quæ nostri amore, maxima cum afflictione & fastidio, sanctissima Christi anima sustinuit, ex parte omnium rerum creaturarum, & sensum suorum internorum & externorum: inter voluntatem inferiorem & superiorem; inter carnem & spiritum: inter honorem & contumeliam, significata in verbo *Agonia*, si intelligamus illud iuxta græcum vocabulum à quo derivatur, uti initio capitis huius ostendimus: nam si quoque, præter authores ibi adductos, accipiant illud Dionysius & Ludolphus Cartuliani, quorum posterior confirmat hoc ipsum autoritate Sancti Gregorij Papæ, qui de agonia Christi loquens, usus quoque est verbo certaminis seu conflictus imaginarij & mentalis. *Appropinquante etiam morte, inquit, nostra mentis in se certamen expressit.*

quia Christo intra se decertante totus mundus in ipso contendebat.

(••)

O

DE

Troct. de
pass. art. 6.
De vita
Christi.
cap. 59.

24. Moral.

208 DE PASSIONE CHRISTI
DE NONNULLIS ALIIS
circumstantijs quæ demonstrant
Christi agoniam fuisse
maximam.

PRAETER antedictos conflictus, qui Christum Redemptorem nostrum supra modum exagitarunt: ex alijs quoque circumstantijs intelligi potest, quàm ingens & inexplicabilis fuerit agonia ipsius.

Prima circumstantia: Quod nullum in passione sua auxiliũ & consolationem habuerit.
Thren. 2.

Passio Christi cur appellatur mare.

Earum PRIMA fuit, representatio intensiõnis dolorum eius: vidit namque se passurum esse dolores & tormenta intensissima: ut propterea Passio illius, mare nõ immeritò nuncupata fuerit, per Prophetam dicentem. *Magna est velut mare contritio tua.* id est, dolores & angustia tua tam ingentes & profundæ sunt, ut mari possint æquiparari: nam sicut in mari nulla inuenitur aquæ dulcis guttula: ita in vniuersa Christi Passione nulla reperta fuit guttula refrigerij: sed fuit mare vastissimũ & profundissimum dolorum intensissimorum. Quod ut intimius penetres reuolue tecum paulisper, quanta in angustia & afflictione versaretur is, qui tempestatis vi, aut alio casu in mare, quàm longissimè à littore proiectus, non posset vociferari nec vllius opera

opem sperare, dum videret se in profundum, sine aliqua salutis spe demergi.

In eadem afflictione cogita Christum ^{Psal. 68.} in Passione sua extitisse, vti per Prophetā ait: *Veni in altitudinem maris, tempestas demersit me, infixus sum in limo profundi, & non est substantia:* id est, deiectus sum à tempestate dolorum intensissimorum & acutissimorum, in mare profundissimum angustiarum, vbi longè sim ab omni ope atq; solatio. *Laboravi clamans, rauca facta sunt fauces meae: defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum:* id est: non modò fauces meae, propter vehementem clamorem, raucedinem contraxere, verumetiam oculi mei ad Deum, vnde opem sperabam, respicientes defecerunt, quoniam omnis mihi spes auxilij & solatij sublata erat. Verba hæc, à sacris Doctoribus, de Christo spiritualiter intellecta, manifestè satis demonstrant, quanta fuerit dolorum ipsius intensio: quandoquidem voluit eos in summo gradu, sine vlllo vel minimo solatio ac refrigerio perpeti.

SECUNDA circumstantia fuit consideratio extensionis eorundem dolorum: ^{II.} Quod nullū in suo corpore partem sanam habuerit. *Isai. 1.*
quia Passio non tantum extendit se ad totum Christi corpus: iuxta illud: *A planta pedis, vsque ad verticem capitis non erat in eo sanitas:* sed etiam ad omnia membra, id est,

ad electos omnes quorum p[æ]nas & tormenta, Redemptor noster, vti superius dictum est) particulari cum actu compassionis sentire voluit.

III.

Quod in anima & corpore omnes dolores distincte passus fuerit.

TERTIA circumstantia fuit, consideratio distinctionis eor[um]dem dolorum: quia passus est distincte omnes cum animæ, tum corporis perpassiones: vna altera non impediente: adeo vt horror non eijceret tristitiam nec tædium horrorem; nec agonia tædium; nec dolores corporis, animæ afflictiones præpedirent: nec maioribus tormentis, minora imminuerentur: quemadmodum hominibus vsuuenire solet, qui in corpore cruciati, animæ dolores non sentiunt, eò quod ratio perturbetur: & fortiter ac violenter in vna aliqua corporis parte percussi, p[æ]næ acerbitatem minus sentiunt, quia caro mortificatur, & sensus obstupescit. At in Christo Domino semper fuerunt sensus integri sine vlla perturbatione, ac proinde æque grauitate primos, vt vltimos dolores sensit, & non modò omnes simul passiones, sed etiam vnāquamq; per se distinctā sustinuit.

IV.

Quod sine minimo doloris signo passus fuerit.

QUARTA fuit, quod nunquam de tormentis suis conquestus fuerit, nec vel os ad minimum gemitum aut suspirium emittendum aperuerit: Quod ingenti profecto

fecto admiratione dignum est: quia videtur repugnans & contrarium esse naturæ, tot vndique cruciatibus & afflictionibus premi, & nullum vel minimum doloris indicium ostendere. Mulier in partu existens continere se nequit, vt crebris gemitibus & suspirijs, dolores in quibus angitur, non patefaciat: Christus verò inter tot internas & externas animi corporisque angustias & cruciatu, nullum vel minimum doloris signum dedit: nec vllum vel leue suspirium emisit. Fuit verò tanti momenti hæc tacita Christi patientia, & dolorum illius acerbiter tantoperè auxit, vt DEVS specialem illius mentionem à Prophetis fieri voluerit, vt in *Isaia Tan-*

quam ovis ad occisionem ductus est: & tanquam agnus coram tondente se obmutescit, & non aperit os suū. Hac verò taciturnitate demonstrare voluisti amantissime DEVS, quam prompto ac libenti animo, onus grauissimum afflictionum & tormentorum, pro ingratis creatura, in humeros tuos suscepere: quia cum posses, & deberes, indicium grauitatis illorum dare, noluisti, vt in illis non molestiam sed promptitudinem maximam ostenderes.

QVINTA fuit sanguis, quem V. in hac agonia tanta cum abundantia profudit, vt in terram defluerit *Sudor sanguineas.*

O 4 eam-

Luc. 22,

eamque copiosè irrigauerit. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. maximè cum modus, quo illum profudit, id est, per sudorem, adeò fuerit insolitus, vt ex eo, maxima contemplatiuorum pars coniecerit, dolores Christi internos fuisse atrocissimos, & extra omnem mensuram: inter quos S. Anselmus ita inquit: *angustias cordis tui dulcissimi indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de sanctissima carne tua, in terram guttatim discurrebat: quod idem est ac si dixisset. Quamuis occultare conatus fueris angustias & afflictiones animi tui, & tamen sufficienter patefunt, quàm excessiuæ & & ingentes fuerit, per insolitam illam purissimi sanguinis tui, effusionem ante omnem cruciatum, nulla arte, clauorum, spinarum, lanceæ, ac plagarum seu percussionum elicitum, sed spontanea voluntate, instar monetæ seu pretij, ab amabilissimo fonte sanctissimi corporis tui, tanta vbertate profusi, vt decurreret in terram.*

In specul.
Euag. serm.

Sudor sanguineus fuit signam interni doloris quem Christus passus est.

In cap. 22.
Lucæ.
Sudor sanguineus maximum Christo attulit cruciatum duas ob causas.

Vbi considera, hanc sudoris sanguinei in Christo effusionem, naturaliter factam fuisse, vti placet Caietano, alijsque Theologis scholasticis, tam antiquis quam modernis: & indicium fuisse, non tantum magnæ violentiæ dolorum internorum, verum-

rumetiam præcipuam causam grauitatis & accretionis eorum vsq; ad talem gradum, vt secundum naturæ ordinem in vita permanere nequiuert, sine manifesto miraculo. Causa prima hæc est: quia cum vita in sanguine resideat, non potuit natura illum à corde, quo accurrerat, tâta cum violètia repellere, & per totum corpus intra & extra dispergere, sine summo dolore, & manifesto vitæ discrimine.

I.

Secunda est ingens copia: quamuis enim Aristoteles affirmet à copia & infectione sanguinis, nonnunquam fieri posse vt quis sudorem sanguineum sudet: id tamen rarò accidit, & vix reperire licet exempla: ita vt præter vnicum illud, quod quidem ex recentioribus scriptoribus refert, se vidisse Parisijs hominem, posteaquam in illum mortis sententia dictata esset sanguinem sudantem, nullum aliud me legisse meminerim. Imò si aliquando vsuenit, vt quis sanguinem sudet, id in exigua fit quantitate, ac potius sudor sit ordinarius, sanguineo tantum colore tinctus: hoc autem natura magno cum artificio & sapientia sic disposuit, vt in angustijs, alijsque sudandi occasionibus, non esset facilis via ad sanguinis effusionem, cum periculo vitæ. At in Christo, sudor sanguineus, quem sudauit, fuit merus & purus sanguis: cumque hic

II.

Sudor Christi in horto fuit purus sanguis.

O 5

hic

hic sanguis optimum & sanctissimum in Christo fuerit, sine vlla copia superfluenta, propter victus temperantiam: & poris delicatissimi atque angustissimi: guttæ verò sanguinis, vti S. Ireneus testificatur crassæ & congelatæ, dum egrederetur tanta cum abundantia extra suum situm & ordinem naturæ, è venis, per poros, per meatus, per cutem, & per vniuersum denique corpus: cogita fidelis anima, an non inde vehementissimum in omnibus poris dolorem senserit & pro magno miraculo reputari debuerit, quòd mortem non oppetierit.

Cæterum: quanquam insolitus hic sudor sanguinis in Christo, manifestum fuit signum atque indicium, acerbissimi doloris, angustiae, tædij, atque fastidij, quæ sanctissima illius animo sustinuit, nihiloseciùs altissimis quoque mysterijs refertus fuit, quorum quædam ad consolationem & profectum piarum animarum, hoc loco indagabimus, & contemplabimur.

I. Itaque *primum* sit, quod S. Augustinus

Lib sent. ex 68. Christi
 Aug. sent. 68. Christi
 sudor signi-
 ficat marty-
 rum passio-
 nes.

indicat his verbis. *Orans cum sudore sanguineo IESVS Christus significabat, de toto corpore, quod est Ecclesia, emanatas martyrum passiones.*

Secundum,

*Mysteria
 sudoris san-
 guineo Chri-
 sti.*

ms.

Secundum, à S. Bernardo animaduersum est: Christum videlicet sanguinem sudare voluisse, vt non tantum lachrymis oculorum pro nobis plangeret, & ex illius lacrum conficeret, quo iniquitates nostræ abluerentur: sed etiam lachrymis totius corporis, iisdemque sanguineis, vt tantò clarius eorum grauitatem demonstraret, & multò copiosius, peccata totius corporis Ecclesiæ, defferet ac lauaret. Verba illius hæc sunt. *Nec multò post ventum ad orationem, & vsque tertio factus in agonia orabat: vbi quidem non solis oculis, sed quasi membris omnibus fleuisse videtur: vt totum corpus eius, quod est Ecclesia, totius lachrymis corporis purgaretur.*

Tertium, ab eodem S. Bernardo notatum est: Ea nimirum de causâ, Christum voluisse sanguinem suum in terram defluere, vt monstraret Ecclesiam suam, quæ adhuc in terris militabat, orabat, & sanguinem pro se sparsura erat: irrigandam & fecundandam esse sacratissimo sanguine suo: quia in sudore significabatur orationis feruor: in sanguine pretium; in dicursu abundantia; in guttis particularis efficacia.

Quartum illud est, cuius mentionem facit Venerabilis Beda his verbis: *Per ir-*

II.

Serm. s. de dom. palmar.
Christus non tantum lachrymis sed sudore quoque sanguine peccatorum nostrorum enormitatis deferre voluit.

III.

Christus sanguinem sudauit, ad irrigandam & fecundandam Ecclesiam.

IV.

Lib. 6. in Lucam.

Christus sudore suo sanguineo, discipulos ab infidelitate purgavit.

rigatam sacratamque Christi sanguine terram, nobis aperte est declaratum quod effectum iam sue precis obtineret: ut fidem videlicet discipulorum, quam terrena adhuc fragilitas arguebat suo sanguine purgaret: Et quicquid illa scandali de eius morte pertulisset, hoc ipsum totum moriendo deleteret: in quo uniuersum late terrarum orbem peccati mortuum, sua morte innoxia, caelestem suscitaret ad vitam.

V.

Sudore sanguineo Christi monstratur sitis, qua sanguinem pro nostra salute fundere considerabat.

Quintum, iuxta Ludouicum Lugdunensem, est; quod Dominus isto sudore sanguineo voluerit ostendere, ingentem animi sui sitim & cupiditatem, quo ardebat sanguinem pro salute hominum effundere: dum permisit antegredi apprehensionem atque imaginationem tormentorum, quæ à spinis, flagellis, clauis & lancea perlaturus erat, adeo fortem ac vehementem, ut antequam hæc corpus suum reuera offenderent, illa ad venas omnes referandas, & sanguineum sudorem proliciendum sufficiens fuerit. Cæterum voluit hic quasi experimentum quoddam sumere illius, quod inimici postea facturi erant, antequam certamen hoc ingrederetur: non aliter atque illi qui conflicturi aut lanceis inter se concursuri sunt prius quam id fiat, imaginario quodam prælio ad hoc se exercent.

Sextum,

Sextum, secundum nonnullos est, quod cum proprium sit verecundiæ, sanguinem ad extimas cutis partes, maximè ad faciem propellere, unde rubor existit: talis fuerit Christi Domini & Redemptoris nostri e-rubescencia, cum cerneret se vestiendum esse totius mundi sceleribus, quorum ipse deformitatem penitissimè peruidebat: scq; constituendum esse signum in quod Iudæi blasphemias, iniurias & calumnias suas collimarent, vt tantam sanguinis copiam ad extimas corporis partes, maximè faciei propulerit, vt intra pellem contineri non valens, foras eruperit. Quod sicut ingeniose admodum fuit excogitatū ita quoq; dignum est, vt omnes ad pudorē & verecundiam scelerū suorū permoueat, quandoquidem Christus pro peccatis alienis tanto pudore ac verecundia suffundi non detrectauit.

Septimum est: quod Christus ideò tam copiosè sanguinè sudare voluerit, vt terrā madefaceret: quo nobis daret intelligere, iam aduenisse tēpus, quo benedicenda erat terra, quæ per peccatū maledicta fuerat: *Maledicta terra in opere tuo*. Nam in se assumens partū maledictionis eius, id est spinas, iuxta illud: *Spinæ & tribulos germi-nabit tibi*: quibus nostra causa coronatus est & illam, sacratissimo sanguine suo irri-gans,

VI.

Christus sanguinem sudauit, propter peccatorum nostrorum verecundiā.

VII.

Christus sanguine suo terram madefecit, vt illam sanctificaret. *Gen. 3.*

Ibid.

Serm 3. de
pass.

gans, vtilissimam illam fecit commutationem, de qua S. Leo papa ait. *Commutatione mirabili inierat commercium salutare, nostra accipiens, & sua tribuens.*

Si ergo Dominus sanguinem sudat, & tam liberaliter rem omnium pretiosissimam erogat, tu fidelis anima accurre, noli tardare, sed propera & in genua prouoluta, facultatem sanguinem hunc lambendi, & eo cor vnum emolliendi flagita.

Anselm. in
spec Euang.
serm.

Quid stas? inquit Anselmus: *accurre & suauissimas illas guttas lambe: noli dormire cum Petro, ne merearis audire, sic non potuisti vna hora vigilare mecum?* Perge magna cum fiducia: quid enim pro te facturus non est, qui sanguinem tua causa sudat? Perge, nam si potueris primis labris vel minimam partem huius terræ tangere, salua eris. Mulier illa quæ sanguinis fluxum patiebatur

Matth. 9.

ait. *Si tetigero simbriam vestimenti eius, salua ero.* tu verò dic: *Si tetigero terram eius cruore irrigatam, salua ero.* Caue ne illud dici possit de te, quod per Ezechielem Prophe-

Ezech 24.

tam dicitur. *Multo calore sudatum est: & non exiit de ea nimia rubigo eius.* id est. Dominus magno cum amoris feruore, ingentem sanguinis abundantiam sudauit, vt te eodem sanguine, veluti conuenientissima ad peccati lepram effugandam medicina, purgaret atque sanaret: & tu nihilominus
in

CONSIDERATIO II. 218

in eadem adhuc rubigine peccatorum per-
fistis.

Prospice tibi quoque ne in illam inci-
das maledictionem, quam S. Paulus A-
postolus, terræ sæpenuerò imbris
irrigatæ, & fructum suis temporibus non
proferenti, comminatur, dicens. *Ter- Heb. 6.*
ra sæpe venientem in se bibens imbrem, & ge-
nerans herbam oportunam illis, à quibus coli-
tur, accipit benedictionem à DEO: proferens
autem spinas & tribulos, reproba est, & male-
dicta proxima. Eheu, quid de te, & omni-
bus, supra quos stillat copiosè sanguinis
Christi sudor, futurum est: si non pro-
tu' erim fructum conuenientem, & à DEO
expetitur?

Ad extremum perge obuiam Chri-
sto, trementi, angustiato, & sangui-
nem stillanti: vide quam exhaustus sit
propter diuturnas vigilias: aspice quam
pallidus & imbecillis, propter agonizæ
vehementiam: intuere quomodo à ca-
pite ad pedes vsque sanguine suo perfu-
sus sit. O quam pretiosas & eximias ti-
bi merces adfert: occurrere igitur il-
lis, & illas coeme nummo amoris &
gratitudinis: nam aliud nihil pro il-
lis exigit, quàm amorem & gratitudi-
nem.

Tu quoq;, pie Lector, si vis magnum
robur

robur & solatium in morte tua sentire, im-
prime animo tuo hanc præsentiam Christi
agonizantis: quia dubium non est, quin si-
cut Passione sua virtutem & fortitudinem
nobis in tribulationibus lucrificet:
ita quoque agonia sua, omnibus
qui piè moriuntur, ineffabi-
lem iubilum, & volupta-
tem inexplicabilem
promeruerit.

(*)

CON.

